ppostoli definitum. ut non nisi pupillos et ui
dual̄ et in tribulationib; constitutos uisitaret.
Et si forte ab egrotantib; ob hęc peteretur: ut pro
eis in p̄nti dominum rogaret: eisq; manum
ip̄onere sine mora p̄gebat. Feminarū aut̄
monasteria: non nisi urgentib; necessitati
bul uisitabat. Seruandum quoq; in uita et
morib; hominis dei referebat: quod instituto
sc̄te memorie ambrosio comperat: ut uxore
cuiq; nunq̄ p̄sceret: neq; militare uolente
ad hoc cōmendare. Neq; i sua p̄ria petitum

14.
ire ad conuiuium. De singulis rebus prestas causas: scilicet ne dum inter se coniugati iurgarent: eum maledicerent: per quem iuncti essent. Sed plane ad hoc sibi iam consentientes petiti intere debere sacerdotem: ut ut eorum iam facta placita firmarentur: uel benedicerent. Et ne militie commendat ac male agens: eius culpa suffragatori tribueretur. Et ne frequentiam in propriis conuiuioz institutus temperantie amitteret motus. Indicauerat quoque nobis: se predicti beate memorie uiri multimo uite constituti audisse sapientissimum & piissimum responsum: & multum laudabat ac predicabat. Nam cum ille uenerabilis ultima iacere egritudine: et a fidelibus honoratis lecto eius assistantibus et uidentibus eum de seculo ad deum migraturum: et ob hoc merentibus tanti ac talis antistitis ecclesiam posse prauari uerbi et sacramenti dei dispensatione: et rogaret cum lacrimis ut sibi a domino uite postere comestum: cum illis dixisset: non sic uixi ut me pudeat inter uos uiuere: sed nec mori timeo quoniam bonum dominum habemus. Et in his non augustinus senex elimata ac librata ammirabatur & laudabat uerba. Ideo enim cum dixisset intelligendum esse: nec mori timeo: quia bonum dominum habemus. ne crederet perfides de suis purgatissimis moribus promississe: non sic uixi ut me pudeat inter uos uiuere. hoc enim dixerat ad illud quod homines de homine nosse poterant. Nam ad examen equitatis diuine de bono se domino magis confidere: cui etiam in oratione cotidiana dominica dicebat: dimitte nobis debita nostra. Cuiusdam quoque coepo et familiarissimo amico in extremis uite de talibus frequentissime referebat dictum. Ad quem cum uisitandum iam morti propinquum uentitasset: et ille manus gestuasse de seculo exiturum significare: atque a se illi esset responsum: adhuc eum ecclesie necessarium: uiuere

posse illum ne putaret huius uite teneri cupiditate
rñdiffe. Si nunq̄ bene: Si aliqn̄ quare nō modo:
Et talem sententiam mirabatur et laudabat ho-
minem protulisse deum quidē timentē: uerūtm̄
in uilla natum et nutritum: sed non multa lectō-
nis eruditum scia. Contra illum scilicet sensum
egrotanti ep̄o de quo sc̄ti in epla sua: quam de mor-
talitate scripsit martyr ciprianus: ita retulit dicēs:
cum quidam de collegiis et consacerdotib; nr̄is
infirmitate defessus: et de appropinquante mor-
te sollicitus commeatum sibi precaretur: astitit
deprecanti etiam pene morienti: uiuens hono-
re et maiestate uenerabilis: statu celsus: et clar⁹
aspectu. Et quem astantē sibi uix possit huma-
nus aspectus oculis carnalib; intueri: nisi qd̄ ta-
lem uidere iam poterat de seculo recessurus. At-
q; ille non sine quadam animi et uocis indig-
tione: intremuit: et dixit. Pati timetis et ^{terre} ^{exire}
non uultis quid faciam uobis. Ante proximū
uō diem obitus sui: ad se dictatos & editos rece-
suit libros. Siue eos quos primo tempore con-
uersationis adhuc laicus: siue quos presb̄r siue
quos ep̄us dictauerat. Et quęcunq; in his reco-
gnouit: aliter q̄ sese h̄t eccl̄iastica regula a se
fuisse dictata et scripta: cum adhuc eccl̄iasti-
cum usum minus scire minusq; sapuisset: a
semetipso et reprehensa & correpta sunt. vnde
etiam duo conscripsit uoluminē: quorū est ti-
tulus de recessionē librorum. Prescriptos et
sibi quosdam libros ante diligentiorē emen-
dationem a nonnullis fr̄ibus conquirebatur: licet
eos postmodum emendasset. Imperfecta etiam q̄-
dam suorum librorum preuentus morte dere-
liquit. Quippe prodesse omnib; uolēs et ualē-
tibus multa librorum legere et nō ualētib;
ex utroq; diuino testamento ueteri et nouo
premissa prefatione p̄cepta diuina seu uerita

ad uite regulam p̄nentia excep̄sit: atq; ex his uny
 codicem fecit: ut qui uellet leger̄: atq; in eo uel
 quā obediens deo: inobediensq; esset agnoscer̄
 Et hoc opus uoluit speculum appellare. Verum
 breui consequenti tempore diuina uoluntate
 puenit et potestate. ut manus ingens diuersis
 telis armata et bellis exercitata in manū hosti-
 um uandalorum et halanorū: cōmixtā secū
 hñs gothorū gentem: aliarū diuersarū personas
 ex hispanie partib; insularibus nauibus affrice
 influxisset et irruisset. uniuersa per loca maure-
 tanarū: et ad alias nras insulas provincias
 et regiones omnes seuientes atrocitate et cru-
 delitate cunctaq; potuit: expoliatione cedib;
 diuersisq; tormentis: incendiis: aliisq; innume-
 bilib; et infandis malis depopulata est: nul-
 lo sexui: nulle partem. etati: nec ipsis eccliarū
 ornamentis seu instrumētis uel edificiis. Et
 hanc ferocissimam hostium crassationē et ua-
 stationem: ille dei homo et sc̄m fuisse: et fieri
 non ut ceteri hominū sentiebat et cogitabat.
 sed altius et profundius ea considerans: et i
 his animarū precipue uel pericula uel mortis
 p̄uidēs solito amplius sicut sc̄ptum est: qui
 apponit sc̄iam apponit dolorem et cor intelli-
 gens tinea ossibus: fuerunt ei lacrimę panes
 die ac nocte: amarissimamq; et lugubrē pre-
 ceteris sue senectutis iam pene extremam du-
 cebat ac tollerabat uitam. Videbat enim ille
 homo ciuitates excidio perditas: pariter cum e-
 edificiis. Villarūq; habitatores alios hostili ne-
 ce extinctos alios effugatos atq; dispersos.
 Ecclias sacerdotib; ac ministris destitutas: uir-
 ginesq; sacras et quosq; cōtinentes ubiq; dissi-
 patos. Et in his alios tormentis defecisse: ali-
 os gladius interemptos eē: alios in captiuitate
 solita animi et corporis integritate: ac fide.

malo more et duro hostibus deseruire. hymnos dei &
laudes de ecclesiis deperisse. edificia ecclesiarum
quod plurimis locis ignibus concremata. sollempnia que
deo debentur de propriis locis desisse. sacrificia
sacramenta diuina. uel non queri uel querenti
que tradat non facile reperiri. In ipsas montes
siluas et cauernas petrarum & speluncas con-
fugientes. uel aquas que munitiones alios
fuisse expugnatos et interfectos. alios ita ne-
cessariis sustentaculis euolutos atque pueros
ut fame contabesceret. ipsosque ecclesiarum prepo-
sitos et clericos. que forte de beneficio uel eos non
incurrerunt. uel incurrentes euaserunt. rebus
omnibus spoliatos atque nudatos egentissimos
mendicare. nec eis omnibus ab eo omnia que
fulciendi essent subuenire posse. Vix tres sup-
stites ex innumerabilibus ecclesiis. hęc est cartha-
ginensem. hypponensem. chirtensem. que dei
beneficio excelsę non sunt. et earum permanet
ciuitates. et diuino & humano fulte presidio.
licet post eius obitum urbis hypponensis incolis
destituta ab hostibus fuerit concremata. Et se in-
ter hęc mala cuiusdam sapientis sententia con-
solabatur dicentis. Non erit magnum magnus
putans. quod cadunt ligna et lapides et mori-
untur mortales. hęc ergo omnia ille ut erant
alte sapiens cotidie uertim plangebat. ac-
creuitque moribus et lamentationibus eius. ut
et adhuc in suo statu consistente. ad eandem
hypponensium regionum ciuitatem ab hisdem hos-
tibus ueniretur obsidenda. Quo in eius tunc
fuerat defensione constitutus comes condā bo-
nifacius cum ghotorum foederatorum exercitu.
Quam urbem ferme quatuordecim mensibus con-
clausam obsederunt. Nam et litus illi mari-
num interclusione abstulerunt. Quorum etiam
ipsi. nos de uicino cum aliis nostris coepiscopis

cōfugeramus in eādē: qua omnī eius obliationis
 tempore fuimus. Vnde nobiscū sepiissime collo-
 quebam: et dei tremenda iudicia precoculis no-
 stris posita: considerabamus dicentes: iustus es
 dñe et rectum iudicium tuum. Pariterq; do-
 lentes gementes et flentes orabam: miserationē
 patrem et deum omnis consolationis: ut in ea-
 dem nos tribulatione subleuare dignaretur. et
 forte prouēit ut una cum eodē ad mensam cōsti-
 tuti/et in defabulantes nobis diceret: noueritis me
 hoc tempore nrē calamitatis id deum rogare: aut
 hanc ciuitatem ab hostibus circumdatam liberare
 dignaretur. Aut si aliquid ei uideatur suos ser-
 uos ad perferendam suam uoluntatem fortes fa-
 ciat: aut certe ut sese de hoc seculo ad se accipiat
 Que ille dicens nosq; instruens: demceps cum eo-
 dem et nos et nrī omnes/et ipsi qui in eadem
 fuerant ciuitate/a summo deo similiter peteba-
 mus. Et ecce tertio illius obliationis mense de-
 cubuit febribus: et illa ultima exercebat egritu-
 dine. Nec suum sane dñs famulum: fructū sue
 precis fraudauit. Nam et sibi ipi et eidem ciuita-
 ti: quod lacrimosis deposcit precibus in tempore
 impetrauit. Nouimus quoq; eundē et presbrm
 et epm: pro quibusdā mergunninis patiētibus ut
 oraret rogatum: eumq; in orōne lacrimas tū-
 dentem deū rogasse/et demones ab hominibus
 recessisse. Itemq; ad egrotantē et lecto uacantē
 quēdam cū suo egroto uenisse rogauisse/ut eide
 manū imposuisset: qua sanus esse possēt. Rñdis-
 se: si aliquid in his possēt: sibi hoc utiq; p̄mitus
 p̄stitisset. Et illum dixisse uisitatu se fuisse
 sibiq; per somnium dictū esse. Vade ad augu-
 stinum epm: ut eidem manū imponat et sal-
 uus erit. Q̄ d̄ dum compisset facē non distu-
 lit: et illum in firmū: cōtinue dominus sanum
 ab eodē discedere fecit. Interea reticēdū n̄mi

me est: cum memorati impenderet hostes a scō uiro
nrō coepiscopo thialentis ecclie honorato: litteris
fuisse consultum utrum nam illis aduentan-
tibus ab ecclis ep̄is uel clericis recedendum esset:
nec ne eiq; rescriptis insinuarē quid magis ab
aliis romanie euersorib; esset metuendū. Quā
eplam huic scripture inserere uolui. Est enim
sacerdotum dei et ministrorum morib; ualde
utilis et necessaria: iusto modo rescriptū est r
ad eundem ab eodem. Scō fr̄i et coepiscopo ho-
notato: augustinus in dño salūt. Caritati tue
misso exemplo eplē quā fr̄i quo uult deo: nrō
coepiscopo scripsi: putabam me hoc onere caruis-
se: quod mihi imposuisti querendo cōsiliū q̄
in his periculis que tempora nr̄a inuenerūt
facere debeat. Quauis enim eplam illam r
breuiter scripserim: nihil me tamen preter-
misisse arbitror: quod et respōdenti dicere r
et querenti audire sufficeret. Quandoquē
dixi nec eos ēē prohibendos: qui ad loca si pos-
sunt munita migrare desiderant: & minist-
teriū nr̄i uincula quib; nos xpi caritas alliga-
uit: ne deseramus ecclias qb; seruire debem;
non esse rumpenda. Ista quippe uerba sunt r
que nulla eplā posui. Restat ergo in quā: ut r
nos quoz ministeriū: quantulumcūq; plebi
dei ubi sumus manentes: ita necessarium est
ut sine hoc eam non oporteat remanere dica-
mus domino: esto nobis in deum protectore
et in locum munitū. Sed hoc cōsiliū tibi pro-
pterea non sufficit ut scribis: ne contra do-
mini preceptum uel exemplum facere nitam;
ubi fugiendū ēē de ciuitate in ciuitate monē.
Recolimus enim uerba dicentis. cum aut per-
sequantur uos in ciuitate ista: fugite in alia.
Quis aut credat ita hoc dominum fieri prece-
pisse ut necessario ministerio: sine quo uiuē

nequeunt desererentur greges: quos suo sanguine comparauit. Nunquid hoc fecit ipse: quando portantibus parentibus in egiptum paruulus fugit. O uindictam ecclesiam congregauerat: quas ab eo desertas fuisse dicamus. Nunquid quoniam apostolus apud paulum ne illum comprehenderet inimicus: per fenestram in portam summissus est et effugit manus eius deserta est: que ibi erat ecclesia necessario inuictio et non ab aliis fratribus ibidem constituit: quod oportebat impletum est: eis quippe uolentibus hoc apostolus fecerat: ut seipsum seruaret ecclesie. que proprie persecutor ille querebat. Faciant ergo serui christi ministri uerbi et sacramenti eius: quod precepit siue permisit. Fugiant omnino de ciuitate in ciuitatem: quoniam eorum quisque specialiter a persecutoribus queritur: ut ab aliis que non ita requiruntur: non deserat ecclesia: sed preceant cibaria conseruis suis: quos aliter uiuere non posse nouerunt. Cum autem omnium id est episcoporum et clericorum et laicorum est commune periculum: hi que aliis indigent. Aut igitur ad loca munita omnes inleant: aut que sunt remanendi necessitatem: non relinquuntur ab eis per quos illorum est ecclesiastica supplenda necessitas. ut aut pariter uiuant aut pariter sufferant quod eorum pater familias uult perpeti. Quod si contingit: ut siue alii manus: alii inimici: siue omnes equate patiantur: qui eorum sunt: que pro aliis patiuntur appareat. Illi scilicet: qui cum se possent talibus malis eripere fugiendo: ne aliorum necessitate desererent: manere maluerunt. hinc maxime probatur illa caritas: quam iohannes apostolus commendat dicens. Sicut christus pro nobis animam suam posuit: sic et nos debemus animas pro fratribus ponere. Nam que fugiunt uel suis deuicti necessitatibus fugere non possunt: si comprehensi patiantur pro seipsum: non pro fr-

non deserantur ab his
omnibus indigent

bus utiq; patiunt. Qui uo propterea patiunt
qa fr̄: q̄ eis ad xpianam salut̄ indigebant de
serere noluerunt sine dubio suas animas pro
fr̄ib; ponunt. vnde illud quod coep̄m nr̄m q̄n
dam dixisse audiuius: si nobis dñs impera
bit fugam: in eis p̄secutionib;: ubi p̄t eē fruc
tus martirii: quanto magis debemus fugere
steriles passiones: q̄n ē barbaricus et hostilis
incurfus. Uerū est qd̄ et acceptabile: sed his
quos ecclesiastici officii: nō tenent uincula. Nā
qui clades hostiles ideo non fugit: cū posset ef
fugere ne deserat misterium xpi: sine quo
nō possunt homines uel fieri uel uiuere xpi
ni: maiore caritatis inuenit fructum: quā qui
nō propter fr̄es: sed propter se ip̄m fugiens
atq; comprehensus nō negat xpm: suscipitq;
martirium. Quid est ergo qd̄ in epla tua p̄
sore posuisti: Dicis enim: si in eccl̄iis p̄sistēdū
est: quid simus nobis uel populo profuturi?
non uideo. Nisi ut ante oculos nr̄os uiri ca
dant: femine cōstuprentur: incendant̄ eccl̄ie:
Nos ip̄i tormentis deficiamus: cum de nobis
queritur quod nō hēmus. Potēs est quidem
deus preces audire familie sue et hec que
formidant̄ auertere. Nec ideo tamen p̄ ista
que incerta sunt: debet eē nr̄i officii certa de
sertio: sine quō est plebi certa p̄nitēs. non in
reb; uite hui;: sed alterius que m̄cōparabiliter
diligentiul; sollicitiusq; curanda ē. Nā si certa
essent ista mala que timent̄: ne in locis in q̄b;
sumus forte contingat̄: p̄us inde fugerent ho
mines: propter quos ibi manēdū est: q̄ nos ama
nendi necessitate liberos redderēt. Nō enim
quisq; est: qui dicat ministros manē oportē:
ubi iam non fuerint q̄b; necesse sit ministrāe
† ta quidē sc̄i epi de hispania profugerunt p̄
plebibus partim fuga lapsis: p̄ti p̄emptis: p̄tim

obsidione consumptis: partim captiuitate dispersis
 sed multo plures illic manentibus pro quos mane-
 rent: sub quorundam periculorum densitate manse-
 runt. Et si aliquid deseruerunt plebes suas: hoc est
 quod dicimus fieri non debere. Neque enim tales
 docti auctoritate diuina sed humana uel errore
 decepti: uel timore sunt uicti. Cur enim sibi pu-
 tant in differenter obtemperare dum esse precepto: ubi
 in ciuitate legunt de ciuitate esse fugiendum
 Et mercenarium non exhorrent: quidem lupum ue-
 nientem et fugit: quoniam non est ei cura de ouibus.
 Cur non istas duas dominicalis uerasque sententias: u-
 nam scilicet ubi fuga finitur: aut iubetur: alte-
 ram ubi arguit atque culpatur: sic intelligere stu-
 dent: ut inter se reperiant non esse contrarias
 sicut non sunt. Et hoc quomodo reperitur: nisi at-
 tendat: quod iam superius disputauimus. Tunc de locis
 in quibus sumus premente persecutione fugien-
 dum esse christi ministeriis: quoniam ubi aut plebs christi
 non fuerit: cui ministeretur: aut potest impleri per ali-
 os necessarium ministerium: quibus eadem non est causa
 fugiendi: sic in scriptura summissus. quod super memo-
 rauimus: fugit apostolus: cum a persecutore ipse proprie
 querebatur. Aliis utique necessitate simile non
 habentibus: a quibus illic ministerium absit ut desera-
 tur ecclesie. Sic fugit sanctus Athanasius alexandri-
 nus episcopus: cum eum specialiter apprehendere constantius
 cuperet imperator: nequaquam a ceteris ministris
 deserta plebe catholica: que in alexandria cum
 manebat. cum autem plebs maneret et ministri fu-
 giunt: ministeriumque subtrahitur: quid erit: ni-
 si mercenariorum illa fuga damnabilis: quibus non est
 cura de ouibus: ueniet enim lupus: non homo
 sed diabolus: qui plerumque fideles apostaticis
 esse persuasit: quibus quotidianum ministerium domini
 corporis defuit: et peribit infirmus in tua
 non scientia sed ignorantia frater: pro quem

xpus mortuus est. o. d. aut ad eos attinet. qm hac
re non falluntur errore, sed formidine superat
tur: quare non potius contra suum timorem dno r
miserante atq; adiuuante fortiter dimicant:
ne mala sine comparatione grauiora: que mit
to ampli' sunt tremenda contingat. fit hoc ubi dei
caritas flagrat: no mundi cupiditas fymat. caritas
semper dicit. Quis infirmat et ego no infirmor:
Quis scandalizatur et ego non uideor: sed caritas ex
deo est. Oremus ergo ut ab illo detur a quo iubet
et per hanc magis timeamus. ne oues xpi spiritales
necentur gladio in corde: qua ne ferro in corpore
trucidantur: ubi quandocunq; mortis genere mori
turi sunt. Magis timeamus ne sensui interiori cor
rupto petat castitas fidei: quam ne femine uiolent
et constuprent in carne. Quia uiolentia no uiola
tur pudicitia si mente seruat. Qm nec in carne
uiolat: qn uoluntas patientis sua turpiter carne
n utitur: sed sine consensione tolerat: quod ab aliis
operatur. Magis timeamus ne lapides uiuis exti
guantur desertis nobis: q ne lapides et ligna
ferreorum. edificiorum incendantur pntibus no
bis. Magis timeamus ne membra corporis xpi desti
tuta spiritali uictu necentur: q membra corporis
nri oppressa hostili impetu torqueant. No quae
ta non sint uitanda: cum possunt: sed quia poti
ferenda sunt: qn uitari sine impietate non pos
sunt. Nisi forte quisq; contenderit non esse r
ministerium impium: q tunc subtrahit ministe
rium pietati necessarium: qn magis est necessa
rium an non cogitamus: cum ad istoz periculo
rum peruenitur extrema: nec est potestas ulla fu
giendi: quant' in ecclia fieri soleat ab utroq;
sexu atq; ab omni. etate concursus. Aliis bap
tismum flagitantibus: aliis recociliatione: que
tunc magis est necessaria: aliis et penitentie
ipsius actionem omnibus consolationem. et sa

cramentoz. confectionem et erogationem. ubi
 si ministri desint: quantum exitium sequet eos
 q de isto seculo uel nō regenerati exeunt: uel
 ligati. quantum est et luctus fidelium suoz: q eos
 secum in uite. eterne. requie nō habebunt. On-
 tus deniq; gemitus omnium: et quorundam
 quanta blasphemia de absentia misteriorum:
 vide quid faciat maloz temporalium timor
 et quanta sit in eo acquisitio maloz. eternoz. Si
 aut ministri adsint pro uirib; quas eis dñs
 subministrat omnib; subuenit: alii baptizan-
 tur: alii reconciliantur: nulli dñi ei corporis cō-
 munionē fraudant: omnes consolantur: edifi-
 cantur exortant: ut deum rogent qui potes-
 est omnia que timent auertere. Parati ad utra-
 q; ut si non pot ab eis calix iste trāsire: fiat uo-
 luntas eius: q mali aliquid nō pot uelle. certe
 iam uidet: quod te scripseras non uidere: qn-
 tum boni. cōsequantur populi xpiani. si in pō-
 tibus malis non eis desit presentia. ministroz
 xpi. Quoz uidet et quantum obsit absentia: dñi
 sua querunt nō que ihu xpi. Nec hnt illam
 de qua dictū est: non querit que sua sunt.
 Nec imitantur eum qui dixit: nō querēs qd in
 utile est: sed qd multū ut salui fiant. q etiam
 psecutoris pncipis illius insidias non fugisset:
 nisi se aliis quib; necessarius erat seruare uoluis-
 set. Propter quod ait. compellor aut ex duobus
 concupiscentiam hñs dissolui et ee cū xpo: multo
 enim r magis optimū. Manere in carne necessa-
 rium propter uos. hic fortasse quis dicat ideo
 debere fugere dei ministros talib; imminētib;
 malis ut se pro utilitate ecclie temporib; in-
 quilliorib; seruent: recte hoc fit a quibusdā
 quando non desunt alii per quos suppleatur
 eccliastricum misterium ne ab omnib; dese-
 ratur: quod fecisse athanasium supra dixim⁹

Nam quum necessarium fuerit ecclesie. quumque pro
fuerit uir ille mansit in carne catholica fidel
nouit: que aduersus arrianos hereticos ore
illius et amore defensa est. Sed quando est
comune periculum magisque timendum est. ne
quod id facere credat: non consulendi uoluntate
sed timore moriendi. magisque fugiendi obsit
exemplo: quam uiuendi pro sit officio: nulla ratio
faciendum est. Denique sanctus dauid ne se com
mitteret periculis preliorum et fortasse extingue
retur: sic ibi scriptum est: lucerna igitur a suis
hoc petentibus sumpsit: non ipse presumpsit.
Alioquin multos imitatores fecisset ignauos
que eum crederent hoc fecisse non consideratione
utilitatis aliorum sed sue perturbatione formi
dinis. Occurrit autem alia questio quam contem
pnerere non debemus. Si enim hec utilitas ne
gligenda non est: ut aliqui ministri propterea
fugiant imminente aliqua uastitate ut ser
uentur: que ministraret eis quos post illa clade
residuos poterit inuenire: quod fiet ubi uideret
omnes interituri: nisi aliqui fugiant. Quid enim
si hactenus seuiat illa permittet ut solos mi
nistros ecclesie persequantur: quod dicemus: An re
linquenda est a ministris fugientibus ecclesia ne
a morientibus miserabilibus relinquatur. Sed si
laici non querent ad mortem possint occul
tari quo quomodo episcopi et clericos suos sic ille
adiuuerit in cuius potestate sunt omnia: que
potest et nos fugientes per mirabile conseruare
potentiam. Sed ideo querimus quid nos
facere debeamus: ne in omnibus expectatio diui
na miracula temptare deum iudicemur.
Non quidem talis est ista tempestas: quam laicorum
et clericorum est commune periculum: sicut in na
ui una commune periculum est mercatorum atque
nautarum. Vix absit. ut tantum pendenda sit

h. ec nauis nra: ut debeant eam naute & maxime
 gubernator periclitantem deserere: etiam si in
 scapham trāsiliendo uel et natando possint ef-
 fugere. Quibus enim metuumus: ne nra deser-
 tione pereant: non temporalem mortē que
 qñq; uentura est sed eternam: que pōt si nō
 caueatur uenire: & pōt: si caueatur et nō ue-
 nire metuumus. In communi aut periculo
 uite huius: cur existimemus ubicunq; fuit
 hostilis incursus: omnes clericos nec nō et
 omnes laicos eē morituros: ut simul finiāt
 hanc uitam: cui sunt clerici necessarii: aut
 cur non speremus sicut aliquos laicos: sic et
 clericos remansuros: a quibus eis necessarium
 ministerium ualeat exhiberi. Quāq; si inter
 dei ministros inde sit disceptatio: q̄ eorum
 maneat: ne fuga omnium fiat et q̄ eorū fu-
 giāt: ne morte omnium deserat ecclia. Tale
 q̄ ppe certamen erit inter eos ubi utq; ferue-
 ant caritate: ubiq; utriq; placeant caritati.
 Que disceptatio: si a se non potuerit terminari
 quantum mihi uidet: qui maneat et q̄
 fugiant: sorte eligendi sunt. Qui enim di-
 xerint se epius fugere debere: aut timidi ui-
 debuntur: q̄a minores malū sustinēre uolue-
 runt: aut arrogantes quia se magis qui serua-
 di essent: necessarios ecclie iudicarunt. De-
 inde fortassis hi qui meliores sunt: eligant pro
 fratrib; aīas ponere: et hi seruabunt fugiēdo:
 quoy est minus utilis uita: q̄a minor cōsu-
 lendi et gubernandi peritia. Qui tamen si pie
 sapunt: cōtradiciunt eis quos uidet: & uiuere
 potius oportere: et magis mori male q̄ fuge-
 re. Ideo sic scriptum est contradictiones sed
 ad sortio et inter potētes definit. Melius. N.
 deus huiuscemōi ambagib; q̄ hoīes iudicat.
 Siue illos dignetur ad passionis fructum.

uocare: melius esset parcere infirmis: siue istos fa-
cere ad mala perferenda fortiores / aut huic i-
uite subtrahere: quorum nō pōt ecclie tantū
quantum illoꝝ uitā prodesse. Res quidē fiet
minus usitata ut fiat ista sortitio: Sed si facta
fuerit quis eam reprehendē audebit? Quis nō
eam nisi imperitus aut inuidus incongrua p-
dicatione laudabit. Quid si nō placeat facere
cuius facti non occurrerit exemplum: nullius
fuga fiat: ut ecclie ministerium maxime istā-
tis periculis: necessarium ac debitum nō desit.
Nemo accipiat personam suam: ut si aliqua gra-
uidet excellere ideo se dicat uita: et ob hōc
fuga esse digniorem. Quisq; enim hoc putat
minimū si placeat. Quisq; et hōc dicit: omnib; dis-
plice. Sunt sane q; arbitrant epōs et clericos
non fugientes in talib; periculis sed manentes
facere ut plebes decipiant: cum ideo nō fugi-
unt: q; manere suos prepositos cernunt. Sed
facile est hanc rōsionē / uel inuidiā deuita-
re. Alloquendo easdē plebes atq; dicēdo nō
uos decipiat qd de loco isto nō fugimus.
Non enim propter nos: sed propter uos potius
hic manem? ne uobis nō ministremus: q; qd
saluti ur̄e que in xpo est: nouimus necessa-
rium. Si ergo fugere uolueritis et nos abis-
tis quib; tenemur uinculis soluitis. Quod te
puto ēē dicendum: quādo uere uidet utile
esse ad loca tutiora migrare. Quo audito: si uel
omnes uel aliqui dixerint: illius potatis sum?
cuius iram nullus quocūq; uadit euadit et
cuius iram ubiq; sit pōt inuenire: quis
q; uult ire: siue certis necessitatib; impedit?
siue laborare nolens ad incerta suffugia et
non ad finienda: sed mutanda pericula: pro-
cul dubio isti deserendi nō sunt ministerio
xp̄ianoꝝ. Si autē hoc audito abire maluerit

nec illis manendū est: q̄ pp̄ illos manebāt: q̄a ibi
 iam nō sunt: propter quos manere adhuc de-
 beant. Quicumq; igitur isto mō fugit: ut ec-
 clie necessarium ministerium illo fugiente nō
 desit: faciat quod dñs precepit siue promisit
 Qui aut̄ sic fugit ut gregi xpi: ea q̄b; spiritali-
 ter uiuit alimenta subtrahantur: mercenari-
 us ille est quidē lupum ueniēte: et fugit: qm̄
 non est ei cura de ouib;. hęc tibi que a me cō-
 suluisti fr̄ dilectissime: que esthymau ueritate
 et certa caritate rescripsi. Sed ne meliorem
 si inuenis sequaris sententiam: nō prescrip-
 si. Melius tamen q̄ his periculis faciamus inue-
 nire non possumus: quā orōnes ad dñm deū
 nr̄m: ut misereat̄ nr̄i. Quod ipsum ut scilicet
 ecclias non deserant dei dono: nonnulli pru-
 dentes et sc̄i uiri: et uelle et facere meruerūt
 Et intendentes obtreptantium linguas a sui +
 propositi intentione minime defecerunt. Sa-
 ne ille sc̄s inuita sua prolixa pro utilitate
 ac felicitate sc̄e ecclie catholice diuinitus cō-
 donata. Nam uixit annis. lxxvi: in clericatu
 aut̄ uel ep̄atu: annis ferme. xl. dicere nobis
 inter familiaria colloq̄a consueuerat: post p̄cep-
 tum baptismum etiam laudatos xp̄ianos et sa-
 cerdotes: absq; digna et competenti penitentiā +
 exire de corpore non debere: quod et ipse fecit
 ultima qua defunctus est egritudine. Nam
 sibi iusserat psalmos dauiticos: qui sunt pau-
 cissimi de penitentiā scribi. Ipsos quaterniones
 iacens in lecto contra parietē positos: diebus +
 sue infirmitatis intuebat̄ et legebat et uertē
 iugiter flebat. Et ne intentio eius a quoq; i-
 pediret: ante dies ferme decē quā exiret de
 corpore a nobis postulauit p̄ntib; ne quis ad
 eum ingrederet nisi his tantum horis q̄bus
 medici ad inspiciendum intrabant: uel cum

ei refectio inferretur. Et ita obseruatum et factum est: et omni illo tempore orōni uacabat. Verbum dei usq; ad ipam suam extremam egritudinem inpretermisse. alacriter et fortiter: sana mente sanq; consilio in ecclia predicauit. membris omnib; sui corporis in dolomīs. Integro aspectu atq; auditu. Et ut scriptum est nobis astantib; et uidentib; et orantib; obdormiuit. cum p̄rib; suis: enutritus in bona senectute. Et nobis coram pro eius commendanda corporis depositione: sacrificium deo oblatum est. et sepultus est. Testamentum nullū fecit: q̄a unde faceret pauper dei non hūit. Ecclie bibliothecam: omnesq; codices diligenter postēis custodiendos semper iubebat. Si quid uō ecclia uel in sumptibus uel in ornamentis hūit fidei p̄sbris: q̄ sub eodem domus ecclie curam gerebant: dimisit. Nec suos consanguineos: ut in proposito: ut extra constitutum in sua uita et morte uulgi more tractauit. Q̄b; dum adhuc super esset: id si opus fuit quod et ceteris errogauit: non ut diuitias herent: sed ut aut non aut minus egerent. Clerum sufficientissimū et monasteria uiroz ac feminarū: cum suis p̄positis plena: ecclie dimisit: una cum bibliothecis libros et tractatū: uel suos uel aliorum sc̄torū hētib;: in quib; dono dei qualis quantus in ecclia fuerit noscitur. Et in his semper uiuere a fidelib; inuenitur. Iuxta qd̄ etiā secularium quidam poeta suis iubent: qd̄ sibi tumulum mortuo in agere publico collocarent programate fixit dicit. Viuere post obitum uate uis nosse uiator: quod legis ipse loquor uox tua nempe mea est. Et in suis quide scriptis ille deo acceptus et carus sacerdos: quanto lucente ueritate uidere cōceditur: recte ac sane fidei spei et caritatis catholice

ecclie dixisse manifestat: atq; eum de diuinis scri-
 bentē legentes proficiunt. Sed ego arbitror plus ex
 eo proficere potuisse: q̄ eum et loquentem in ec-
 clia p̄ntem audire et uidere potuerunt: et ei p̄
 sertim inter homines cōuersationes nō ignorauē-
 runt. Erat enim nō solum erudit' scribā in reg-
 celorum: de thesauro suo proferens noua & i-
 uetera: & unus negotiatorū q̄ inuentam p̄tiosam
 margaritam: quē hēbant uenditis comparauit.
 Verum et ex his aliquos scriptum est: sic loquimi-
 ni et sic facite: et de quib; saluator dicit: qui se-
 cit et docuerit sic homines: hic magnus uocabit'
 in regno celorum. Peto autē in cōpendio uerā
 caritatē qui hęc scripta legitis: ut mecum omni-
 potenti deo grās agatis: dnmq; b̄dicatis: q̄ mihi
 tribuit intellectū: ut hęc in notitiam et p̄ntiū;
 et absentium p̄ntis temporis & futuri homi-
 num: et uelle deferre et ualuissem. Et mecum
 ac pro me oretis: ut illius quondā uiri cum
 quo ferme annis. xl. dei dono absq; amara
 ulla dissensione familiariter ac dulciter ui-
 xi: & in hęc seculo emulator & imitator existā
 et in futuro omnipotentis dei promissis: cum
 eodē p̄fruar. amen. *Incipit prefatio de*

muētione capitū ioh̄is baptiste.
Omnino uenerando mihi gaudentio abba
 ti dionisius. Km̄oz fr̄m̄: quos per grā
 christi regitis cura studiumq; me compulit:
 ut religiosa materia: que de muētione capi-
 tis b̄ti iohannis baptiste greco sermone con-
 scripta est: latino p̄ me redderet elloquio.
 Cōueniens esse dicentes: ut in natali eius: q̄
 maior in natis mulierū nemo surrexit. hęc
 relatio que de illo traditur populis fidelib;
 intimet. Promptis igitur animis in spatio
 licet breui: quod poscebatur: explicau: maxie
 q̄a et sc̄ritatē tuam hęc idem fieri uelle cogi

Nec hoc sine diuino nutu gestum esse persipitio. ut
idem iohannes preuius dñi ueritatis prece propheta-
rum culmē omnium institutor monachoz sic
pmitus se monachis ostendit: q̄ sacratissimū cap-
eius de domo herodis: quondam regis impii
sustulerunt. Deni allatū in emissa diuini multis
ignorat ibi temporibz: idem monachis sese decla-
rauit: ita uunc officio monachoz quā uis hu-
milium: hanc de se romanis hystoriā manife-
stare dignatus est. uenerandi credo propositi
delectatus obsequo: quatenus per eos qui secula-
rem sectantur uitam: suam i xpo pandere i-
glia. et hoc dicimus non q̄ nobis alicuius
preclari meriti consciām insolentius arroge-
mus. Sed qd̄ p se pia professio sc̄m pferat stu-
dium: licet eidē nrā desidiōsa cōuersatio ne-
quet. Qualem uō tunc ibi dē bñssimus exegit
uite modum: quis poterit ignorare fidelis.
Nam preter illam diuini muneris eximiam lar-
gitatem: qua de re promissione cōceptus est et
adhuc intra materna cōclusus uiscera de ute-
ro quem fecundauit sterile in utero sc̄e uir-
ginis agnouit uniuersitatis auctorem. Preter
illam quoq; glia singularem: qua baptisma
xpi et amic⁹ celestis exiit sp̄si: sepe solitari⁹
in desertis locis abditis q̄ morat⁹ est die noctu-
q; in ieiuniis et oronibz perseverans: uestitus
cameloz pilis et locutis pastor: ac melle sil-
uestri. Q̄ omnia summe continētis atq; fruga-
litas inditia eē monstrant. Q̄b; uniuerso i
mundo cum suis pompis deliciisq; renūtiāns.
nihil aliud dignabat⁹ uidere q̄ xpm. cui et
ad suam baptisma ueniēti testimonium pi-
buit dicēs. Ecce agnus dei: ecce q̄ tollit peccatū
mundi. cumq; tam preclaris actibz atq; mag-
ficissimuarē omnibz exempla uirtutis. p̄-
cipet tam sacerdotum cum sebis et phariseis i

meritis eius in sanis auribus exprobrant: quod dominus et
 in euangelio testatur et dicit. venit iohannes bap-
 tista: neque manducans neque bibens: et dicitis de-
 monium habere. Sicuti nunc plerique christianorum pha-
 riseorum: sine dubitatione consimiles: si for-
 te dei famulos uiderint abstinentes: in eadem
 gestunt conuicia atque maledicta prorumpere.
 Et rem quam imitatione deberent assequi
 suis insequi contumeliosius non uerentur. ut proba-
 bilis uita rumoribus malignis exposita: laudanda
 perseverantiam tenere non ualeat: quae
 feruore ceteris emulationis accendat. hoc autem
 odium denique dissimilitudine sustinemus:
 ut id quod dominus noster ait in euangelio in
 nobis etiam comprobet. Si de hoc mundo esse-
 tis: mundus quod suum erat diligetis. Sed
 quia de mundo isto non estis propterea odit et
 uos mundus. haec mundi odia: hic idem sanctus
 iohannes: cuius hodie natiuitas ab ecclesia toto ter-
 rarum orbe celebratur: et temporibus iuliani tyra-
 ni potiusque principis in suo reliquo corpore
 pertulit: quod a discipulis eius sepulture et
 tunc traditum sacratissima euangelia retu-
 lerunt. Nam gentilium fera crudelitas in-
 piissimi atque apostate illius moribus congru-
 ens effracto beatissimi tumulo: ossa eiusdem a-
 mens extraxit ignique comburens redegit in
 puluerem: et passim uesano furore dissipat.
 Sed gratia christi quae suorum dirigit corda famu-
 lorum: per illos dies monachos ab ierosolymis
 ibidem causa orationis adduxerat. Qui uidentes
 tam scelestum facinus ab impiis perpetrari et
 stupentibus ipsis gentilibus easdem ueneran-
 das reliquas abstulerunt: moxque inde pro-
 fecti sunt thesaurum secum mirabile defer-
 rentes. Ecce rursum obsequium monachorum
 diuinitus procuratur: ut quemadmodum.

per monachos caput huius sc̄i repertum est: ita q̄;
per monachos residui corporis eius reliq̄e serua-
rentur. Que protinus sc̄o athanasio alexandri-
ne ciuitatis ep̄o diriguntur. Quas postea theophi-
lus eiusdē urbis antistes: uniuersa idolorū delubra
destruens ī basilica quam sub nomine eiusdem
b̄tissimi iohannis baptiste: pia deuotione cōstru-
xit: ob ingenti populū ueneratione deposuit. Sed
iam tempus est: ut p̄dictam uobis reseremus histo-
riā pro que hoc labore n̄o precū ūraz presidia
efficaciter impetremus. *Reuelatio capitis præ-
cursoris d̄ni que est. viiij. kl. octobris.*

Duo qdam monachi de oriente profecti
cupientesq; preciosē crucis xp̄i et gl̄iosi
sepulchri eius: qui pro n̄ra salute h̄o factus mor-
tem subtinuit: per quam nobis uitā immortalita-
tēq; largitus est: nec non resurrectionis eius et
ascensionis in celum loca ueneranda cōspicite
ierosolimam p̄uenerunt. horū præcursor aduē-
tus dominici et baptista regis æterni: sc̄i iohā-
nes assistēs ait. uenientes ad domū quōdā re-
gis herodis: auferite uobiscum caput meum:
qd̄ inuenietis in terra defossum. Cūq; mane
fuisset exortum uisionem monachus quam
uiderat retulit fr̄i. Qui delusionē phantasie
suspicatus: psuadē illi cui mysteriū reuelatū
fuerat: ut idē qd̄ ipse sentiret. Cūq; rem
neglectui tradidissent. postero die prece
nitatis: astitit utiq; seq̄stratim. & similiter ap-
parens eis ita locutus est. Omnē dubitationis ī-
fidelitatē de ūris cordib; effugantes ad ueri-
tatem uisionis cogitatio ūra n̄o claudicat. Dū-
q; consonantiam reuelationis alter alteri retu-
lisset: gemina uisione firmati: et inobediēti-
e supplicii formidantes: sine mora quod
imperatum sibi fuerat impleuerunt. Et prece-
dente se diuina gr̄a: caput baptiste: quod pro

iustitia & pietate defectum fuerat in sacro cili-
 cino condiderunt. Delectatum autem propham esti-
 mo tali uelamento cuius in deserto quondam
 de camelorum pilis fuerat corpus obtectum. Re-
 uertebantur igitur monachi deferentes ca-
 put: quod herodias pro mercede saltatrici
 filie sue in disco suscipiens ueluti desiderata
 diu uenationis preda potita est. Que etiam
 desisse iam prophetice lingue correptiones exi-
 stimans: nequaquam passa est caput ipsum ue-
 nerandum cum reliquo corpore sepelliri: me-
 tum de eius coniunctione concipiens: & hoc pro-
 cul dubio pertractans: quod integrum sancti cor-
 poris omni facilitate resurgeret: hoc autem fieri
 non posset si caput ipsa retineret. et ideo illud
 non passim tradidit sepulture: sed intra septa
 sue domus in fossium: sub claustrum fecit sollici-
 tudine custodiri. Amor et enim coniunctionis
 illicite suis adiuuentionibus premit: increpato-
 num sibi fingebat imagines: & amputatum
 caput iusti nephanda diaboli filia formida-
 bat. Sicque cogitationum prauitate decepta
 deinceps latere se credidit. Monachi ergo qui
 tanta reuelatione precursoris christi digni sunt
 haberi: sumentes uenerandum caput: domum
 redire properabant. figulus autem quidam
 idem tempus emessene ciuitatis multis op-
 pressus angustiis: omnibusque rebus necessa-
 riis indigens: cum non posset extremam paup-
 tate ulterius eluctari pro ipsius egestatis dif-
 ficultate magnis affectus rediit: uitam disces-
 sione continere se credidit. Accidit autem illi dum
 fugeret: occurrere monachis istis qui uas here-
 mi pretiosissimum deferrebant. At ubi comes
 et sotius itineris factus est: onusti sicuti peregrin-
 nante pariter solent fidele committunt: passim
 que sibi reuelata fuerat exponentes: sed figulo

mysterium ignorantibus precursore apparuit: mouit
utque utique comites suos lateret et assummes id quod
ferebat aufereret. Quod cum fecisset ad domum
propriam unde discesserat rediit: & ex illo die
permansit uniuersis rebus prosperis florens. Intel-
ligebat autem sue prosperitatis auctorem et honorem
et deuoto studio suis congruente uiribus offerebat.
Qui cum propinquare sibi cerneret mori. hydri-
am in qua munus illud habebat inclusum dilige-
ter obsignans: sorori commendat prope postquam
egestatem suam eidem referes: et opulentiam quam
nunc esse in manibus pandes. cunctis fugienda
prime paupertatis incommoda retulisset in di-
cassetque et modum: quatenus si esset ereptus pre-
catus est et ut depositum honorifice tractaret.
Nec prius hydriam patefaceret: quam rei pro-
uentum id quod erat interius indicaret. Reco-
gitans quantum reor quod uteri instar uas ip-
sum precursori foret: ut sicuti dum in utero
matris positus innotuerat: ita profecto post mor-
tem uiuentis urne illius mysterium oportuno tem-
pore reuelaret: et ideo non tacuit inspirate
sue commutationis auctorem: sed ait. o mulier
ipsis experimentis doceberis necesse uite modum
conuersionemque cognosces: quales ex quibus ef-
fecti fuermus ex quo thesaurum istum possi-
dere meruimus. Si igitur et tu reuerentiam
huius habueris bonorum omnium tam presentium
quam futurorum copia perfrueris. Quod si tibi
forsitam prolixitas temporis uires abtulerit
aut egrotatio corporis uolentia macerauerit:
quo minus studium dependere debitum possis: ali-
cui pro atque fideli uiro munus hoc tradere ne moreris.
Que post obitum fratris quod diu deuotionis sue uires hinc
consonantes sanctum probatur dilexisse negotium.
At ubi necessitate senilis cessit: etatis: ea que a ger-
mano sibi mandata fuerant in sinuans his qui erant

pium suscepturi depositum tradidit. Plurimis autem
 munus hoc alterna successione recipientibus: et quidam
 eustachius monachus nomine et alterius secte pre-
 biter: illud quod in hydria seruabat: sicut obli-
 gnatum erat accepit. Profecto namque quod dederat
 religione discernere nequiuerunt: eumque pium
 arbitrati sunt hominem: qui nimis astute sani-
 tates: que per uirtute sacri capitis accedentibus
 conferebantur: sibi met ascribens ueritate fidei
 sicut caupo nequissimus adulterare nitebatur:
 tandem que seruis his qui recte et sancte atque in-
 separabiliter beatam trinitate glorificant: notus et
 factus: ut ipse qui sub obtentu prene uenerationis
 in deminutione christi filii dei contumeliosus esse pro-
 babatur ab emissena ciuitate: cooperatibus etiam
 iudicibus: coepit expelli. Precabatur autem eos qui
 se salubriter a sancto grege christi se cernere atque ef-
 fugare querebant: ut unius saltem diei sibi et
 spatium larguerentur morandi in ea spelunca que
 sanctam constabat esse depositum: quia iam et angu-
 stiam nocturni temporis urgeretur: sed prou-
 dentia dei spe sua frustratus est. Non enim potuit
 sperare ne id quod moliebat efficere. Suscipi-
 unt igitur eandem speluncam uenerabiles uiri secta-
 tes singularis uite propositum. Multis autem in
 eodem monasterio sibi met succedentibus: ad po-
 stremum sub uenerando archimandrita mar-
 cello diuina gratia eum quem gabriel euangeli-
 cauit et sterilis mater edidit heremi habitorem
 maximum: correptorem impietatis legis uindi-
 cem domini precursores: amicum sponsi: sal-
 uatoris baptistam precone ueritatis amatorem
 que iustitie feruentissimum: reuellare dignata
 est. Cuius apparitionis modum: prefatus uene-
 rabilis archimandrita martelli his retulit et
 uerbis. Apparuit inquit ter beatissimus et u-
 niuersalis apostolus atque fidelis amicus saluato-

ris nri yhu xpi mediante septimana quadra-
gesime sc̄oz ieiuniorum: octauo decimo die
mensis periti: idē duodecimo Kl. marcial an-
no septingentesimo sexagesimo tertio per i-
dictionē sextam regantibz ualētiano et marti-
ano piūssimis impetatoribz famulis dei: sub sc̄is-
simo ep̄o urauo ciuitatis emissene: cui et hoc
idem reuellatum est uicesimo quarto die men-
sis ipsius: idem sexto klēday martiaz. Reuel-
lauit aut̄ mihi marcello in magno timore et
reuerentia cōstituto in specie stelle ignee secu-
dum subiectas uisiones fidelissimas qui cū-
cta condidit in uirtute sua et preparauit in sa-
pientia sua: qui scit omnia an̄q̄ fiant. et ad
salutē humani ḡn̄is uniuersa dispensat: q̄ est
sup̄ omnia b̄ndict⁹ in secula am̄. Igitur me fa-
mulum suum deus propositę uisionis inspec-
torem: talr eē dignat⁹ est. vidi namq; in uisio-
ne noctis: et ecce diuina hostia monasterii nri
patefacta sunt: & in magno metu positus: cu-
curri ut ea clauderē: & rursus inspecio flu-
men ad hostia nra prorumpere. hoc aut̄ cum
uidissem stupefact⁹ cogitabam unde tanta a-
quarum esset immēnsitas. Dum id mecum
ipse p̄tracto: leuans oculos meos uidi mar-
cellum p̄br̄m: qui erat secund⁹ post maxē-
tium archimandritam a meridiana flum̄is
parte uenientem: et multaz turmaz uoces
ab orientali plaga basilice sc̄i iuliani mar-
tyris audiebam: quarū ad nos ingens sonus
deferebatur et per aquas ipsas populi cum im-
petu et alacritate properabant. Admirante aut̄
me quomodo in mediis aquis ambulantes ad
nos conciti peruenirent: & unaqueq; turma
lingua propria psalleret subito uox audita
est eoz q̄ ab oriente clamabant: ecce sc̄s ioh̄s
baptista descendit. cunq; ad meridianum

ostium stare apte sunt ianue orientales et p-
 salentiu turme protinus intrauerunt. Omi-
 nes igitur ego spectaculum fluminis festinus
 ingredior. et in exordio scale consistens al-
 pexi scdm officin eorum quod in monasterio t-
 celebrabant. Et stans in eadem scala uidi atria
 duo: unum respiciens ad occidentem et alter ad
 meridiem: et inter utrumque atrium replu gra-
 de singuleque turme ingrediebant in atrium
 quod respiciebat ad occidentem et adorabant ad re-
 plum. Intranses autem atrium meridianum
 ilico quiescebant. Cuius siluissent turme: p-
 cedebant alii et clamabant. Ecce sanctus iohan-
 nes aduenit. Cuius starem in eodem scale loco:
 uenit sanctus iohannis domini precursor et uidi eum in
 templo: quod mihi ostensum est: et ecce unus
 erat a dextris eius et unus a sinistris. Stan-
 te autem illo in templo: coeperunt populi tur-
 marum ad eum consequenter accedere: et
 ab eo benedicti: itemque psallentes proficiscebant
 ad occidentalem partem ueluti ad basilicam sancti
 stephani martyris congregandi. Cuius tur-
 me se explicuissent: cogitavi et ego audire
 eum ut bene diceret ab eo. Visumque est mihi
 ut intrarem per ea hostia: per que turme fue-
 rant introgressa. Et quia non uideram quod
 alicui dedisset osculum pacis: nisi tantum pet-
 ras eius osculati essent: accessi ad eum ab a-
 teriore parte cum metu et reuerentia dimis-
 so capite in terra: cucurri et tenui pedes eius.
 t. pse uero apprehendens mentum meum osculatus est
 me. Quod cum meruissem protinus experge-
 fectus sum. Paucis item diebus transactis uideo
 et ecce ostia monasterii nostri: a parte meredia-
 na rursus aperta sunt: et ueluti ad fratres uocife-
 rabant: cur ita ostia reliquistis et celeri gradu
 prexi ut ea clauderem: et ecce uideo sanctum t-

iohannem stantem ad exterius hostium: et cum
eo duos illos quos prius uideram: et accessi ut be
nedicerer ab eo. Et rursus eleuans me dedit mi
hi pacem. Vestimenta aut eius erant candida.
Et mox eiciens unum uas de sinu suo plenum
melle: dedit mihi dicens accipe hanc benedictio
nem. Et effudit uas ipsum mellis super manus
meas: et interrogauit eum dicens. Domine mi scilicet
iohannes unde ad nos uenisti? Qui respondit. De se
baste ueni. Preibam igitur eum et tam ipse
quam qui cum eo erant ingressi sunt monasterium
iurum. Et iterum uas mellis fudit super manus me
as. Cuiusmodi haec detulisset benedictionem eius ad
superiora trichinii ipse intrauit in oratorium
Et cum descendissem ad oratorium ubi erat:
ecce uideo columnam ignis ante eum: et nimio
pauore correptus exiit. Post haec autem pro
utque nobis ostium monasterii ubi erat sanctum de
positum traderetur in sanctis ieiuniorum diebus ubi
cibum uespere sumptimus: dixi ad fratres nostros.
Unusquisque uirum psalmos suos iterare non negligat
Et relinquentes me in trichinio: descenderunt
ad initium scale: que ad utraque monasteria res
picit. Cuiusmodi consedissem ut iteraret psalmos
ut dixeram: leuans oculos suos frater isacius ignem
uidit ardere in tabulis ostii spelunce: ubi erat
uenerandum caput sancti iohannis baptiste re
positum. Quod cum uidisset frater exclamauit
et dixit. Domine mi domine in ostio spelunce
ignis accensus est. Et ego respondi ne timeas frater
sed muniens te signaculo. Epi ibidem persevera.
Frater autem per timorem claudentes ostium ad me
conciti peruenerunt. Ego uero mysterium recog
noscens ex uisionibus mihi ante monstratis: dixi
ad eos: dixi ad eos. Ne timeatis fratres mei quia haec
nobis prospere faciet dominus. Post dies autem
quinque maxentius et stephanus uenerabiles

presbiteri et archimandrita ueniētes ad scām ep̄m
 dominico die uespere: suggesserunt ei de ipsa r
 spelunca: que coherebat monasterio m̄o: ut ut
 runq; pariter ungeret: iussitq; hoc ep̄us fieri.
 Cui dixit stephanus presbr. Ex precepto uir̄o: ca
 mature trado speluncam fr̄i marcello. Et mane
 perueniens tradidit nobis ipsum monasterium
 sub p̄ntia p̄broy palladii: petri gemadii et ste
 fani archimandrite monasterii bethgaalorū.
 Et aperiens ostium quod erat obseruatum simul
 ingressi sumus et orauimus. Vidēs autē locum r
 nimis ēē neglectū: cōmonuit ut diligentiam ei
 haberemus. Et profectus est idē p̄br̄ stephanus
 ad uisitanda monasteria que erant in uillu
 lis constituta. ego uir̄o marcellus assumēs fr̄s
 coepi diligentiam monasterio: quod nobis da
 tum fuerat instanter impendere. Dum q; loca ip̄a
 mundamus: ueniens petrus p̄br̄ loci bethinama
 las ait mihi. Stephanus archimandrita beth
 gaalorum precatur ut propter d̄m nobiscū
 uenias ad monasterium b̄i carteri. Et respo
 di me uenire nō posse: quia diligentiam loci cō
 missi dependerem. Qui cum pulit me secum p̄
 ficisci. Cūq; pergeremus pariter aio ad eum.
 Ascendamus et salutemus diaconum curacum
 et archimandritam. Ascendentesq; et salutā
 tes eum coepimus ire uelle ad p̄dictū monaste
 rium b̄i carteri. Dixitq; mihi curacus diaconus
 Nunquid propterea uenisti: ut sine mora disce
 deres. Cui respondi. Necessē est ut celeriter am
 bulemus: quia traditum nobis est ab ep̄o: et aliud
 monasterium: cui curam instanter impendimus.
 Descendentes itaq; peruenimus ad monasteriū
 sepe memoratum. Cūq; salutassemus fr̄s or
 dinantes: que erant: necessaria reuertebamur.
 dicunt mihi p̄fati petrus & stephanus p̄bri &
 archimandrite uale: dicimus tibi: ora pro no

bis. Tunc aio ad eos. hodie monasterium suscepimus
et uultis abire. Substinate queso et consolamini
nos. & coegi eos. Cuius uespera facta esset. post orationes
cibo sumpto quieuiimus. Illi ambo in triclinio supe-
riore: ego uero ibi quidem: sed in interiore cubiculo.
Cuius dormirem ea nocte in qua monasterium uel
speluncae aptum est ostium hoc est sequenti die
tertia sabbati post orationes nocturnas: quasi manus
uiri pulsauit me tertio in dextro latere: et au-
dio uocem magnam dicentem mihi. Ecce ostium
aptum est: et ideo cognosce eum qui tibi patefecit
ingressum ne forsitan negligas. Ego uero cum mag-
no timore conuersus ad sedem et uideo stellam fla-
meam in ostio ubi quiescebam. Maioremque metu
concupiens: signaui me cruce christi: et illa de loco
illo minime mota est. Surrexi itaque et missi
manus in ostio ubi erat: & rursus inuenta est
in ostio sequenti. Cum aperuisse autem ostium
unus ex his qui ibidem quiescebant sensit. Et cum
ad secundum peruenissem ostium inuenta est eadem
stella in ostio tertio. Deinde conspicio eam in
inferioribus scale gradibus. Erant autem ostia utriusque
monasterii patefacta simul et speluncae ostium
patens. Et ecce precedebat me stella ipsa et
ego sequens eam ingressus sum: usque dum in ab-
soluta speluncae constitit. Et uidens hoc miraculum
adorauimus dominum pronus in terram per oras multas
Recordatus sum uero quod hospites herem uenerabi-
les uiros petrum et stephanum presbiteros et archidia-
conos: et ne suspicarentur ubi nocte fuerim
ab oratione surrexi. Ascendensque sursum: cum
uellem ingredi: cubiculum dicunt mihi: ubi
tam diu fuisti. Respondi quia ad opus necessarium
descendi. Cuius uellem intrare ubi quie-
ueram: dicunt mihi. Rursus ingrederis. At
ego sentiens attortum me factum ex reuelati-
one quam uideram: ueniam poposci: tanquam

male sanus et continuo mercēspi. Postq̄ uō ma-
 ne ferū est: uale dicentes mihi ad proprias cel-
 lulas abierunt. Ego uero ubi profecti sunt +
 diluculo consurgens p̄cepi fr̄ib; qui mecum erāt
 claudite ianuas manentes extrinsec; et si forsi-
 tan aliquis ad req̄rēdū uenerit: occupatum
 me ēē dicite. S. ep̄e nanq; ueniebat palladius
 p̄br̄ intrans et euangelium lectitans. Cum er-
 go solito uemissē: tunc ei fr̄s aditum negauerūt
 affirmantes id quod erat: quod euangelium
 quoq; sub clau archimandrite sit. Sec̄do etiā
 uenit: et excusatum est illi. Venit et tertio: &
 ingressus est. Ego nanq; turbulū sūmens mē-
 sum in eo imposui: & p̄m dñm suppliciter ob-
 secrabam: ut mihi locum thesauri celestis ostē-
 deret. Tollens etiam rastrum coepi fodere: et p̄
 ueni ad locum qui erat edificat; ex calce et or-
 dinariis tegulis. Quantiq; ego fodiēdo descē-
 debam: tantum sonus ualidior: q̄si ex repercus-
 sione hydrie reddebatur. Et postea q̄ fodi et de-
 scēdi usq; ad solum: repperi uelud arenā ex ere-
 fusam multumq; laborans uix arenā potius eq̄-
 strare. Post h. ec̄ aut̄ arena solata: una tegula
 maior apparuit. hanc suspendens: inueni s̄b
 ea tabulam marmoream. Tabulāq; suspēdēs
 hydriam repperi. hac cū metu et reuerētia lumē
 accēdēs et incensū ponens in turbulo palpa-
 ui diligenter: et adorās dñm diutius attonit;
 mansi: hydriamq; sc̄tam rursus operui. Statim
 uō uenit ad nos gennadi; diaconus et archimā-
 drita: salutansq; me ad ostium spelunce dixit
 mihi. Veni precor introeamus in speluncā pariter
 Et postea q̄ ibi simul orauimus: dedit mihi pa-
 cis osculum et fr̄ib; meis et ait. De capereto mo-
 nasterio meo nup̄ aduenio. vidi aut̄ tale som-
 nium: quasi utriq; stabamus in hōc specu: in q̄
 mundissimoz panum sicut solet erat magna

copia et portio superposita panibus. Immentia
uero populi multitudo ueniebat: et summebat
ex ipsis nec deficiebant: nec cessabant homines
qui acciperent: iamque nobis pre multitudine
turbarum deficientibus: coeperunt panes euolare
super manus nostras: & ita percipiebant omnes
quot quot ad hanc gratiam muneris confluere.
Postquam uero retulit mihi somnium: ego respondi
Bonum est quod uidisti. Et recogitans apud
me metipsum: quid sibi uellet hec uisio: rursum
que pertractans: ea que precesserat: dixi quia ui-
sio ista ex deo est. Sciens autem quia diuinitus ista
contingerent: indicavi ei qualiter sanctus baptis-
ta iohannes apparere dignatus est. Qui mox
ut audiuit mansit attentus et orare coepit
ut ei locum ostenderem quod et feci. Post hec
egressi sumus utriusque: et quod oporteret fieri tracta-
uimus. Visumque est mihi ut prius ire et indi-
carem stephano presbitero: et archimandrite mo-
nasterii quod appellatur darunium: et per ipsum
manifestaretur episcopo. Et uementes ad monaste-
rium eius non enim repperimus. Abierat enim
ut diximus ad monasteria que erant in agris
ex eo die quo nobis dederat monasterium et
ostium spelungete patefecerat. Cuius regressi fu-
issemus: placuit ut euocarem ad nos ciriacum
diaconum et archimandritam et reuelaremus
ei mysterium: per quod nobis sanctus iohannes
apparere dignatus est. Misimus autem ad eum
fratrem isacium dicentes ueni ad nos celeriter.
Ad quem cum frater uenisset dixissetque ei pro-
tinus obediens uenit. Quem cum salutassemus
indicauit nobis somnium quod uidit eratque con-
sonans uisioni: quam diaconus gennadius in-
retulerat. Et cum orassemus mox ei reuelatio-
nem sancti iohannis baptiste manifestare curau-
mus: et ait cogitemus: quid fieri debeat. Et ego

dixi puto conueniens eē: ut hęc innotescamus ep̄o
 Rursumq; cognoscentes qđ sepe memoratus stepha-
 nus presbiter et archimandrita de agro non ue-
 nerat. Mansimus diebus quinque: postea q̄ reue-
 latio nobis ostensa est. Die uō sabbatorū post me-
 ridiem sedentib; atq; sermōnantib; nobis: in-
 gressus est ad nos salus collectarius et maris lino-
 sola lecticarius: et locuti nobiscum cōtinuo reces-
 serunt. ego aut̄ dixi fr̄i isacio: ut post eos ho-
 stium clauderē: Itemq; residentib; nobis et lo-
 quentib;: ita sum repente uerberatus in genib;
 ut totus incuruaret: nec possem omnino consur-
 gere uel aliqd̄ operis implere. Tunc aiunt ad
 me gennadius & ciriachus: diaconi et archi-
 mandrite. Nonne diximus tibi noli moras
 innectere: sed eamus et innotitiam ep̄i deponam;
 qđ presbiter stefanus nondū dicit aduenisse. ego
 uō mansi uehementer afflictus. ipsi aut̄ uesp̄riū
 celebrantes offitium ingressi sunt ubi iacebam &
 denuntiauerunt dicentes: iureiurando satiffecim;
 sc̄to iohanni: suscipietes personā tuam: qđ omnem
 cām crasante solis ortū p̄te cognosca; ep̄us. Et
 ego r̄ndi bene admodum fecistis: hęc idem pro-
 mittentes. Et protinus a dolorib; releuat̄ sum.
 Sequenti aut̄ die dūico simul cum diacono
 ciriaco et iuliano monaco uēiente: ep̄o iā post
 matutinas orōnes de ecclia tunc egrediētē sug-
 gessimus dicentes: qđ sc̄s iohannes baptista
 reuelatus est. ipse uō stupefact; ait. Nullus
 hęc nouerit: et ne qđ ur̄m audeat cum cōtingē
 dixitq; ei diaconus ciriacus. Quando ueni-
 re dignaris. Et ille cras inquit adueniam. Po-
 stero aut̄ die cum pr̄bris et diaconis ep̄us ue-
 nit: et intrantes ad locum prociētes in facies
 suas adorauerunt. Malchus aut̄ pr̄br̄ unus
 ex his q̄cum ep̄o uenerant infideliter motus
 ait. Vnde hęc certum est: quod caput precur-

foris existat. Mittensq; manum ut cōtingeret hydriam cōfestim exaruit: adhesitq; manus eius ad os hydrie: nec eam abstrahere ualuit. Instantanter autē ab omnib; orōne facta: cunctisq; t̄ glificantib; deum atq; precantib; pro eo: uix tandē manum quidē potuit abstrahē sed ita permansit inualida. Ep̄us autē cum uniuersis qui secum uenerant: accipiens hydriam cum sc̄to thesauro ibi reposito interim in diacono id est in secretario sc̄te ecc̄lie collocauit: donec edificaretur basilica in nōmine eius. Que ubi perfecta est: cum dies sc̄ta deponitionis ei' instaret: apparuit sc̄te ioh̄s ei: cui' manus aruerat dicens: cum sit deponitio pone manū tuā sup hydriā statimq; sanabitur. hoc autē cum fecisset restituta est pristina sospitati. Celebrata ē autē deponitio sc̄ti iohannis precursoris dñi atq; baptiste in eadē basilica uicesimo octauo die mensis octobris: idē quinto kl̄ay nouēbriū p̄m̄dicatione septimam ad laudē & gl̄iam sc̄te et diuine trinitatis patris et filii et sp̄us sc̄ti in secula seculorū amē. *v. idus sept. passio sc̄ti adriani martyris.*

S Actū est in secunda interrogacione tyranni maximiani: ut ingrederentur persecutores nicomediorū ciuitatē ad interficiendos per singula loca eos q̄ in x̄pm crederent: et dum introissent ciuitatē festinus rex prexit ad templum: & prociuit in faciem suam adorauit deos suos: et iussit eis statim sacrificia offerri. Cūq; hæc audisset multitudo ciuitatis: cum festinatione uenerūt et offerebant tauros: alii uō uitulos: quidā uō oues: & arietes et hircos: ut et uolatilia. Erat enim idolis repleta tota ciuitas et ideo sacrificabant per omnes regiones: ut reple

rentur odore fumi sacrificiorum. Frecones autē
 assistantes uociferabant uoce excelsa ut omnes
 aduenirent ad offerendas hostias et uictimas
 diis suis. Qui autē ex his cōtēpsissent: tormen-
 tis affligerent. Siquis uero repperiret ~~z~~anus
 igni cōsumeretur. Constituerunt autē quos-
 dam: qui sua sollicitudine diligenter requi-
 rerent: per omnem regionē: uel ciuitatem: ut
 si inuenirent uiros ac mulieres credētes xpo sol-
 licite eos ad iudicē perducerēt proponentes ei
 diuersa tormenta uel ignem amarissimum
 si aliquē occultassent. Hi uō qui iudicasset
 accipere premia cōstituta a rege: Quo au-
 dito uicini uicinos tradebant: amici amicos:
 propinqui propinquos attendētes dona p̄mi-
 orum. Quidam autē nō propter munera: s;
 propter timorē regis tradebāt domesticos si-
 os. Poena enim terribilis possita erat aduersus
 eos: qui celassent xpianos. Tunc adueniē-
 tes hi qui propositi fuerant ad inquirendos
 occulte nuntiauerunt principi maximo
 dicētes. Ecce sunt quidam xpianorum abs-
 conditi in speleo: audiui mus autē eos psal-
 lentes in uigiliis nocturnis. Audientes uō
 hęc: qui erāt primi in palatio asūmentes
 secum multitudinem militū: & ueniētes cir-
 cōdederunt speleum. Et cōprehensos eos
 q̄ erant ibi: p̄duxerunt ad ciuitatē in qua
 erat rex ferro uinctos p̄ omne corpus: factū
 est autē cum prōcederēt rex ad adorandos
 deos suos: ut offerret eis hostias: optulerunt
 eos regi dicentes. Ecce rex: circum euntes
 nos omnem ciuitatē ac regionem inuenimus
 cunctos adorantes et colentes deos magnos
 et obediētes tuis preceptis. hi uō sunt inue-
 ti contempnētēs tua precepta: et insup̄ inu-
 riantes deos tuos. Statim autē ut audiuit

rex h. ec. uerba iussit stare currum suū et dum
appropinquassent currum eius: dixit ad eos rex
Vnde et h. De istis locis an de alia regione: At
illi dixerunt. Nati quidem in hac p̄ria sc̄dm
fidem uō gallilei sumus. Maximianus rex di-
xit. Non audistis qualis poena proposita sit
aduertus eos: qui huius religionis sunt. At il-
li dixerunt. Auduimus quidē et mirisimul
stultam tuam uisionē. Inrisimus ē satanā
qui operatur in filios infidelitatis quoz p̄n-
ceptus est tu. Rex uō dixit ad eos. Et audetis stul-
tam dicere nr̄am uisionē: Per deos magnos et
tormentis amarissimis consummā corpora
ur̄a. Et dixit ad p̄ncipes. Extendant et cedāt
lignis: & uideam⁹ si uenit deus eoz adiuuare
eos: uel si eripiet eos de ira ista. Nam et aduc-
ti sunt tres questionarii ad cedendos eos ner-
uis crudis. Sc̄ti martyres dixerunt. Ad auge-
re et alios tortores impiissime inimice dei: q̄a
quanto amplius adauxeris tortores: tanto
magis amplius multiplicas coronas nr̄as. Ma-
ximianus tyrannus dixit ad eos. Infelicis-
simi: ecce modo abscidi capita ur̄a et adhuc
coronas expectatis. Abnegate igitur ur̄am p̄-
fidiam doctrinam: & nolite mundum perdere
nos metipsos. Martyres dixerunt: perdat te
deus: q̄m seruos dei sine causa affligis: q̄m
in culpabiles. Maximian⁹ dixit. Lapidibus
in rotundis contundite ora ip̄oz. Questio-
narii uō accipientes lapides: contunderūt
maxillas eoz. Martyres dixerunt. Quasi in-
ueneris nos perpere agentes: sic nos tradidisti
tormento huic in misericordia. Nunc percuti-
et te angelus dei. Adhuc non es satiatus tor-
mentis que super induxisti in nos. Nec horru-
isti tot horis super negligiam penam: uel
que induxisti in nos supplicia. Nec cōside-

ras hęc qđ corpore circumdati sumus sicut et tu
 licet tuum corpus secundum uoluntatem et
 malam impium scias ac nequissimum. Lapidēs
 quidem tui acutissimi: nō potuerunt conte-
 rere maxillas nras. Agnosce o fili diaboli. Au-
 diens hęc tyrannus: cum magno furore dixit.
 Per magnos deos: qm̄ linguas uas faciam am-
 putari: ut ex uobis discant omnes homines nō
 contradicē dñi sui. xpi uero martyres dixe-
 runt. Nequissime tyranne: si tu eos q̄ scdm̄ sc̄ctm̄
 suos dominos contempnunt odio hēs uel tormē-
 tis affligis: quō nos cogis contradicere deo nro
 ut merito patiamur ea que tibi parata sunt.
 Maximianus rex dixit. Quid. n. mihi para-
 tum est puniendi. Sc̄ti martyres dixerunt.
 Que preparauit deus diabolo et angelis eius:
 et uasis eius: qđ estis uos impuissimū ignem et
 inextinguibilem: et uermem non morientē
 tormenta non finienda p̄enam eternam la-
 cul perditionis: tenebras exteriores: ubi est fle-
 tus oculoꝝ et stridor dentium. Sed et alia
 tormenta: quoz̄ spesies scit ipse solus: qui ea
 uobis preparauit. Maximianus rex dixit. ec-
 ce nunc faciam linguas uas abscidi. Sc̄ti mar-
 tyres dixerunt. Et si organum nre laudatō-
 nis abscidas: melius poterit ascendere ad deū
 gemitus cordis nr̄: et meli' clamabit ad deū
 cor nr̄. Nam et sanguis nr̄: quem in uacu-
 um effudisti h̄t os magne uocis sup̄ tubam cla-
 mantem ad deum: pro quo hęc patimur. Dū
 laudisset hęc rex furore repletus ait. Annota-
 te uniuscuiusq; responsionem et constrictos
 eos ferro p̄ omne corpus perducite in custo-
 diam uinculatoꝝ: ac per omnia affligite eos:
 ut sicut desiderat: tormentis eos conteram.
 Non enim solus gladii pena digni sunt. Necessē
 enim est: ut hoz̄ exemplo omnis p̄ria corrigat.

Adrianus uero nomine qui erat prior officii uidebat constantiam et magnanimitatem eorum aduersus tormenta: dixit ad martyres christi. Aduro uos pro deum uerum pro quo haec patimini: dicite mihi in ueritate: que est remuneratio uestra: quam expectatis pro uis tormentis. vident enim mihi aliqua magna & mirifica esse expectatis. Respondentes martyres dixerunt. Nemo potest nec os nostrum sufficiens esse: id enarrandum de his: neque auribus ad audiendum ea percipere. Adrianus dixit. In toto nihil audistis: neque per legem neque per prophetas: neque ex alia scriptura. Ruderunt sancti martyres et dixerunt ad eum. Nec ipsi prophete agnouerunt: sicut oportebat. homines enim erant simpliciter deum colentes: & quecumque acceperunt per spiritum sanctum. haec et locuti sunt. Scriptum enim et de gloria illa sic est. oculus non uidit: et auribus non audiuit: nec in cor hominis ascendit: que preparauit deus diligenti tibi se. Et cum audisset haec adrianus statim exiens stetit in medio eorum et dixit. Annotate meam confessionem cum his sanctis athletis dei: quia et ego christianus sum. Et mox cum festinatione aduenerunt exceptores ad palatium: ut renuntiarerent haec regi. Videns eos maximianus rex: suspicabat quod adrianus aliqua accusationem scripsisset aduersus martyres christi et ait. Legite celeriter relationem quam tibi misit dilectissimus noster adrianus. Estimabat enim eum quod aliqua contrariam relationem aduersus martyres dei scripsisset. Exceptores uero uidentes regi dixerunt. Ne extimescat rex quod accuset eos: sed semetipsum christianum profiteatur. Rogauit enim nos: ut nomen eorum cum eis quod damnati sunt scriberemus. Audiens haec maximianus rex: iratus est ualde et iussit eum celeriter ad se perducere. Qui aduenisset

que

dixit ad eum maximianus rex. Insanis adri-
 ane. Nūquid et tu uis tam male perire. Adria-
 nus dixit. Nō insanio rex: sed ex multa insa-
 nia ad sanam mentem reuertor. Maximianus
 rex dixit. Quid multum loqueris adriane.

Pete t̄ indulgentiam a me: et dic i cōspectu om-
 nium: qm̄ subreptum est in h.ec talia loq̄ sed
 et dele h.ec que dictaueras exceptorib: ut no-
 mē tuū scriberent: cum cōdemnatis istis. A-
 drianus dixit. Ex hoc quidē ego a deo meo
 indulgentiam petam pro prauis operib: meis
 et de his qui me preuenierunt errores. Audi-
 ens h.ec maximianus rex furore replet̄ ē. et
 iussit eum ferro uinctum ptrahi ad carcerē
 cum sc̄is martyrib: cōstitūens diē quando
 ipsum et sc̄os martyres audiret. vnus uero ex
 seruis adriani currens cum festinatione ad do-
 mum: nūtiavit cōiugi eius natalie dicens.

Dñs meus inferrat̄ p̄duct̄ est ad carcerem. At
 illa audiens h.ec. At illa audiens h.ec surrexit
 et sc̄dit stolam suam et ululans emisit uocē
 cū fletu: et ait ad puerū. In qua enim culpa
 muent̄ est: ut clauderetur in carcerē dñs mē
 Respondens dixit ad eam. Quosdam uidi tor-
 queri propter nomen eius q̄ dicit̄ xp̄us: et il-
 lis nō acquiescentib: ut sacrificarent diis: nec
 omnino obtemperaret̄ preceptis regis: tunc ipse
 dixit ad exceptores. Scribite et me cū uiris is-
 tis. libentissime enim cum his moriar. R̄ndit
 natalia et dixit ad puerum. Et nō itellexisti
 ex qua causā torquebant̄ illi. R̄ndit puer: &
 dixit ad eam. tam dixi propterea: q̄ nolue-
 rint sacrificare. h.ec cum audisset: natalia
 repleta est gaudio. et surgens mutauit stolā
 suā sc̄isam: et currens abiit ad carcerē ueloci-
 ter ad adrianum. Erat enim ex parētibus
 xp̄ianis. & sc̄oz filia. que ante quidē timu-

erat se manifestare & eis xpiana pp imminen-
tem amarissimā persecutionis impietatem.
Et dum ingressa fuisset ad carcerē prodeus
ad pedes dñi sui: osculabat uncula eius. et
dixit ad eum bñes dñe meus adriane: quā
ueniisti diuitias: quas tibi non dimiserunt pa-
rentes tui: qm̄ sic benedicet omnis homo qui
met dominum. Vere dominus meus: nūc cōgre-
gasti diuitias in iuuentute tua: quas nō po-
terās inuenire in senectute tua. Vere iā secu-
rus perges ad illum scēlm̄ recōdes tibi diuiti-
as quas inuenies in tempore necessitatis: q-
bus egent hi qui multa possidet: et habūda-
bunt hi qui sunt pauperes. Quando nō est fe-
nerandi tempus: nec mutuo accipiendi: dum
ullus neminem poterit liberare de poenis: nec
aliquis aliquē liberabit: nec pater filiū nec ma-
ter filiam: nec diuitie eum queas cōgregauit
nec serui proprium dominū: nec amicus ami-
cum. Omnes enim prop̄is sarcinis solliciti s̄t.
Tu enim solus domine meus omnia tua tecum
hēs: perge ad xp̄m̄ ut percipias illa promi-
ssa. Propter q̄ perge fiducialiter ad eum: nihil
q; timeas futuroꝝ maloz ut percipias tibi de-
bitam mercedē a deo tuo. Conculcasti eum
ex hoc ignem̄ inextinguibile et reliqua tor-
menta. Sed et hoc te feto domine meus: ut p-
maneas in hac uocatione qua uocat̄ es. Nec
pulchritudo tua intuitū tuum impediāt: nec
affines nec parentes: nec diuitie: nec possessi-
ones nec pueri: nec puellę: nec aliud aliquid
terrenum. Omnia aut̄ hęc trāseunt: omnia q;
corrumpuntur. Illa nunc solum modo pone
ante oculos tuos: que sunt eterna. Et ne as-
pitias hęc que pertrāseunt: nec intuitum tu-
um dissoluant amicoy adulationes: nec fu-
rentur tuam fidem suis mollib; ac seductorib;

uerbis. Quam potius odio habeto eorum adulationes
 abnega eorum impiissima consilia. Ad eos solus
 attende: qui tecum sunt sancti. Imitare eorum con-
 stantiam et patientiam: nec te terreat furor regis
 nec timeas diuersas species tormentorum: nec te con-
 tuitus ignis: neque flamma perireat. Et dum fuisset
 loqui haec tacuit. iam enim ad uesperum erat.
 Tunc dixit ad eam adrianus. Perge nunc in domum
 tuam soror mea & refice aliquod. Et dum agnoue-
 ro fieri interrogationem meam mittam ut accersiam
 te ut agnoscas finem meam. Exurgens autem na-
 talia a pedibus uiri sui: circuibat omnes sanctos illos
 et osculabatur singulorum uincula. Erant enim
 numero uiginti tres et deprecabatur eos dicens. Ro-
 go uos serui christi dicit te eum consilia patientie di-
 cite ei que sunt illa premia que dantur his qui perma-
 nent. Ipsum enim sanguinem uestrum obtulistis sa-
 crificium in tribulatione uestra. hic enim est fruc-
 tus tormentorum uestrorum. his semper doloribus: silue-
 fici animi. Lucificate et uos huius animam cum animas
 cum animabus uestris. ut sit debitor uestris christus.
 Et in hoc sitis eius presens prohibet qui erant secundum
 carnem parentes eius impiissimi. Et ideo con-
 fortate eum de illis beatissimis monitis: ut futu-
 ra credens adimpleat agonem. Et dum haec dixisset
 proxit ad pedes eorum et adorauit uincula eorum
 quibus circumdanti erant. Et iteque ingressa est ad
 adrianum. Erat enim in interiori custodia exre-
 sus in ligno et dixit ad eum. Vide dominum meum
 ne aspicias ad pulchritudinem corporis tui: nec
 ad decorem iuuentutis tue. haec autem omnia es-
 ca uerum sunt. Nec seducant te aurum aut
 argentum: aut uestes pretiosae: aut possessiones
 uel reliquorum implicatio. Non enim aderunt
 cuiquam in hora illa iudicii: quoniam omnia ista hic
 remanent. Haec enim est illic ut aliquis det
 munera pro anima sua: nec est qui accipiat.

Solummodo sc̄arū animarū suscipiet munera deus
Et dum hęc dixisset: ualefaciens abiit ī domū
suam. Post dies autē aliquos dum audisset adria-
nus quod fieret: quod fieret. interrogatio eorū
dixit ad sc̄os martires. Si acquiescitis mihi
dñi: pergā ad domū meam: ut adducam
ancillam ur̄am sororē meā et presit passio-
nī. Spondi enim ei cum iuramēto dicēs
qm̄ in fine passionis n̄re accersiam te. et dū
acq̄uissent. Et dū acq̄uissent dedit mūne-
ra hīs qui erant custodes: et perrexit dans fidei
iussores congregationem sc̄orū martirum q̄
erant ibi. Et dum p̄geret: uidit eū q̄dam con-
ciuis illius ciuitatis et agnouit eum et pre-
currens nuntiauit natalie cōiugi ipsius di-
cēs. Absolutus est adrianus: et ecce uenit puia
tam enim in proximo reliqui eum. Audiens
autē hęc illa non credidit dicens. Et q̄s po-
tuit eum absoluere de uinculis illis. Non mi-
hi contingat ut absoluant illū: nequando se-
paretur a sc̄is illis. Et dum adhuc loq̄retur:
ecce puer domesticus eius superuenit dicens.
Cognosce quia dñs meus dimissus est: ecce ue-
nit. Et dum hęc audisset natalia suspicata
est: eo q̄ refugisset martirum et cōtristata
est ualde et flebat amarissime. Et cum ui-
disset eum surgens proiecit que erat ī manib̄
suis: et clausit hostium domū et clamans
dicebat. Longe a me efficiat hęc q̄ corruit
a deo: & mentitus ē dño deo suo. Nō mihi
contingat loqui ori illius p̄ qd̄ abnegauit do-
minū suum: nec audia ex lingua: que dolo-
se egit in conspectu f̄atoris sui. Et cōuersa di-
xit ad eum. O sine deo pro omnib̄ hominib̄: q̄s
te cœgit apprehendere opus quod nō potui-
sti p̄ficere. Quis te separauit a sc̄is: Aut q̄s
te seduxit ut recederes a conuentu pacis ut

repausationis: Dic mihi quare in fugam conuer-
 sus es ante q̄ fieret pugna. Quare proiecisti
 arma tua anteq̄ uideres repugnātē t̄ hostem
 Quō uulneratus es: nec dum emissa sagitta: et
 ego mirabar: si ex gente sine deo et de ciuita-
 te impiorum: aliquid deo offert. Quō poterat
 ex gente homicida: hostia munda deo con-
 sectari. Nec n. poterat ex loco immūdiſſimo
 et de medio eorū q̄ amatores sunt effuſiois
 sanguinum: mundissimum thimiama offerri
 deo. Nunc ergo quid faciam infelicissima
 que cōiuncta sunt huic ex impiis impio. Nec
 concessum mihi est unius hōis spatium: ut r-
 uocarer uxor martiris: sed ut diceret cōiunx
 trāsgressoris. Ad modicum q̄dē exultatio mea
 fuit: ecce p̄ secula erit obprobriū meum. Ad ho-
 ram exultaui inter mulieres: et ecce cum cō-
 fusionē conuersor in medio earum. B̄tissi-
 mus aut̄ adrian⁹ hęc audiēs libētissime susci-
 pibat uerba eius. Valde enim curabat sermo-
 nib; eius: amplius anxians implere q̄d pro-
 miserat. Mirabat̄ autē; q̄ ex ore femine talia
 egrederētur: eo q̄d esset iuuenis et nup̄ nupta
 Erant enim menses tredecim ex quo cognouerat
 uirum suum: uel commorata fuerat cum eo. B̄t̄
 aut̄ adrianus: cum uidisset eam tribulari ual-
 de: q̄ omnino afflictam: dixit ad eam Aperi in
 domina mea natalia: non enim sicut tu estimas
 effugi martyrium. Non mihi cōtingat hęc. Sed
 ideo ueni: ut accipiam te et presēs sis cōsu-
 mationi n̄re sicut promiseram tibi. At illa nō
 credebat dicens. Vide quō me seducit trāsgres-
 sor: ecce quō mentitur alter iudas. Recede
 a me homo: nam meis iam interficiam ut sati-
 eris. Et dum moraret̄ ad apperendum: dixit
 ad eam aperi citius. Nam uadam ultra non
 uides te. Et post hęc lugebis: eo q̄d non uide-

ris me ante excessum meum fidei iussores enim de
di congregatione sanctorum martirum. Et dum in
quiescent me et non inuenierint: hi qui prelo sunt
subsistere habent: sancti martires et et mea tormen-
ta simul et suas proprias penas: et non poterunt
sufficere: dum sunt quasi mortui. Ex his penis
que illate sunt eis a tyranno. Dum audisset na-
talia uerba hec: statim aperuit et et inuicem se
suis uestigiis prostrauerunt. Et dixit ad eam uir
suus. Beata es inter mulieres: quoniam tu sola aparuisti
super terram amans uirum tuum. Benedicta co-
rona tua. Tu enim es fructus uictorie et mar-
tyrum consortis: et si non patiaris: et accipiens
eam: perrexit. Euntibus autem eis in uia dixit adri-
anus. Dic quomodo ordinasti soror mea substā-
tiam tuam. At illa respondit et ait ad eum. **N**
oli domine meus: noli memorari: iamque sunt mu-
di huius nec te attendant ad se. Solimmo hoc
memorare in quo uocatus es. Auferat ergo a te
omnia seculi huius corruptibilia. Solimmo
illa festina uidere: que non transierunt: que repo-
sita sunt tibi et illis sanctis cum quibus ambulasti
in uia domini. Et dum ingressi fuisset carce-
rem: festina prociuit ad pedes sanctorum ancilla
dei et adorauit uincula eorum. Inuenit enim
corpora eorum putrefacta a tormentis: ita ut uer-
mes caderent de ulceribus eorum. Et inclinasse
extergebatur omnem putredinem eorum. Mittens autem
puellas suas: iussit ut affererent ei omnia lin-
teamina eius multa et ualde pretiosa. Erat enim
in clarissimis feminis secundum parentes: et secun-
dum uirum breue nata in omnibus. Et dum at-
tulissent puella linteamina: accipiens manibus
suis: tergebatur de eis ulcera sanctorum. Et colligauit
de ipsis manus et pedes eorum. Erant enim
dissoluta membra eorum de pondere ferri. Per-
mansit autem cum eis in carcere diebus septem

curans ulcera sanctorum martyrum. Completa autem
 die productionis eorum maximianus rex iussit ex-
 hiberi sanctos in conspectu suo. Et statim aduentus
 ad carcerem in qui missi fuerant: compellebant
 eos ut egrederentur. Et dum uiderent eos resolu-
 tos a poenis sic in nudis animalibus portauerunt eos
 quia non poterant ambulare. Omnes enim uicti
 fuerant in una catena. hadrianus uero athleta
 christi sequebatur eos uinctis retrorsum manibus. Et
 dum appropinquassent auditorium: uident
 eos is qui prepositus erat super causas introiit
 ad regem et ait. Ecce presentes sunt ante consisto-
 rium condempnati illi. Maximianus tyrannus
 dixit. Succinto perpendiculo ante pudenda
 introducantur omnes simul ut inuicem uide-
 an suos cruciatul. Commentariensis dixit regi.
 Illi qui prius tormentis afflicti sunt: non possunt
 interrogari. Sed adrianus nunc introducat:
 quod adhuc recens est. Nam illorum undique cor-
 pus ita putrefactum est: ut costae eorum foris
 secus uideantur. Et si modo interrogati fue-
 rint: expirant et finiunt uitam: et non capi-
 unt que eis preparata sunt tormenta. Nos uero
 nolumus ut incompendio torti uite finem acci-
 piant: quasi nihil peccauerit. Nunc ergo accipi-
 ant indulgentias paucorum dierum: ut digna festis sa-
 nis percipiant penam. Si ergo iubes nunc adria-
 nus introducatur. Et dum expoliassent eum
 introduxerunt illum portante per se metip-
 se eculeum. Et dum pergeret dixerunt ad eum
 sancti martires. Ecce adriane dignus effectus es
 ut tollens crucem tuam sequaris christum. Vide
 ergo ne absoluaris timore et reuertaris re-
 trorsum et fiat merces tua manis: et ne thesau-
 rum tuum depredet diabolus. Hec terreant
 te ea que uidel tormenta: sed respice ad ea
 que expectas et fiducialiter accedes confunde

Maximianus rex dixit
 succinto eo perpendicu-
 introducatur

mentē tyranni. Non enim condigne sunt passi-
ones huius temporis ad futura gloriā que re-
uelabitur in nobis. Natalia uō adiungēs se
ei dicebat. Vide dominē meus ut solūmodo
ad deum fiat mens tua: ne tuū cor ī aliquo
trepidat: dum uideris proposita tibi tormē-
ta. Labor quidē nunc modic⁹ sed in secula seculorū
laudatio: sed et eterna repausatio. Modicum
quidem nunc patieris: sed cōtinuo cum ange-
lis exultabis. Si enim dum carnālī militabat
ab his qui erant principes tui: nudus uirgis ce-
debaris propter modica stupēdia: multo magis
aut nunc sustine omnia que inferuntur ti-
bi tormenta propter regna celoz. Et dū int⁹
fuisse adrianus: uideris eum maximian⁹ tyrā-
nus dixit. Adhuc permanes tu in illa insana
et uis de hac uita male exire. Adrianus dixit.
† am tibi dixi: qm̄ recessi ab amentia et in deo
paratus sum uitā finire. Maximian⁹ dixit.
Ergo nunc non sacrificas: nec adoras deos
inductissimos sicut ego uel omnes. Adrianus
dixit. Quare dū tu erras alios errare facis et te
metipsum perdis: et multitudinem hanc poplī
quos adorare facis deos tuos qui sine anima
sunt: ut relinquunt deum q̄ fecit celum &
terram mare et omnia que in eis sunt. Ma-
ximianus rex dixi. Ergo modici tibi uident⁹
dū: q̄ magni sunt. Adriannus dixit. neque
modicos: neq; magnos eos dico: sed sunt ni-
hil. Et dū hęc audissē tyrannus: iussit eū
lignis tundi. Audiēs autē bñssima natalia
qm̄ coepit cedi festina cucurrit ad sc̄tos mar-
tires: annuntians eis et dicens. Ecce dñs me⁹
adrianus inchoauit martirium. Audietes
autē hęc sc̄ti: mox steterunt pro ipso in orō-
ne. Tyrannus uō dixit ad eos: q̄ eum cede-
bant. Dicite ei. Noli blasphemare deos. Adri-

anus dixit. Si ego ita torqueor pro eo quod
 blasphemauerim eos qui non sunt putas ne qua
 illa et quanta sint tormenta: que tibi prepa-
 rata sunt: qui deum uiuum et uerum blasphem-
 mas. Maximianus rex dixit. hec uerba te
 illi seductores docuerunt. Adrianus dixit.
 Quare seductores dicis eos: qui ductores sunt
 uite eterne: Seductores magis estis uos
 qui laqueatis animas ad perditionem. Audiens
 haec Maximianus rex furore repletus: iussit
 eum a quattuor lignis cedi ualidis. Adrianus
 dixit. Tyranne in quantum multiplicas in
 me diuersa tormenta: tantum amplias mihi
 multitudinem corone: omnes uero interro-
 gationes et responsiones que fiebant ab Adri-
 ano renuntiabat beatissima natalia sanctis mar-
 tiris. Maximianus rex dixit. Ergo nunc
 confitere deos: et parte t. uel uiuere tue
 Ut quid in uanum festinas perire. Iuro t. per
 deos: quoniam uides pulchritudinem tuam com-
 parior tibi. Adrianus dixit. Ecce parco mihi
 ut non in toto peream. Maximianus rex di-
 xit. Ergo nunc confitere deos: ut t. reppitue-
 tur: et ut te honorificet: et in locum tuum te
 restituant. Non enim similis illi es: qui te-
 cum iuncti sunt. Tu enim bene nati et ma-
 gni filius licet sis iuuenis: magnis tamen ho-
 noribus dignus es: illi autem rustici et filii
 stultorum sunt et pauperes. Adrianus dixit.
 Noui quia scis priam meam uel genus nec
 non et auos meos. Si autem cognosceres nunc
 illorum sanctorum bene nationem uel diuitias aut patriam
 quam expectant: statim caderes ad pedes eorum pro-
 uolutus: et deprecareris eos ut orarent pro te. Sed
 et propriis manibus inciperes infringere deos tuos.
 Audiens haec Maximianus rex iterum iratus est
 et iussit eum a quattuor uiris fortissimis in ue-

tre cedi . et dum uidisset effundi uiscera eius iussit
pari ei . Erat enim ipse beatissimus adrianus uir-
tis et delicat^o annor^u circiter uiginti et octo . Ma-
ximianus rex dixit ad eum . Vides ne quantum
tibi parcam . Si ergo solummodo uoce tua moueris
deos : statim fecissem uenire medicos ut curaret
uulnera tua et hodie mecum esses in palatio . A-
drianus dixit . Quauis promittas mihi ut cu-
rera medicis : uel & honores me et introduceas me
in tuum regale palatium . Et quis diu tui promit-
tant se mihi repropitiari : ipsi mihi facturi sunt :
uel quale beneficium mihi conferant et tunc a-
dorabo eos et sacrificabo eis : uel hostias offeram .
quoadmodum tu uis . Maximianus rex dixit
hi loqui non possunt . Adrianus respondit . Impi-
issime : quid ergo sacrificas tu q^{uod} loquens eis q^{uod} no-
loccuntur . Et cum haec audisset tyrannus : ual-
de iratus est : et iussit eum cum his q^{uod} cum eo
uicti fuerat : costructum ferro mitti in carcerem .
Constituens diem in qua omnes simul producerent^{ur}
ad audiendam . Et accipientes eos milites : produ-
xerunt in custodiam . Alios trahebant : alios uo-
q^{uod} soliti erant a poenis portabant . Beatissima aut^{em} +
natalia sollicite confortabat adrianum uirum
suum : mittens manum suam sub ceruice ei dice-
bat ei . Beatus es d^{omi}ne meus : eo q^{uod} dignus effect^{us}
es in numero sc^oror^u . Beatus es lumen meum ut pati-
aris pro eo : qui pro te passus est . Perge nunc dul-
cis meus : ut uideas gl^{ori}am eius . Qui enim comu-
nicauerint passioni eius : similiter communicabit
gl^{ori}a ei . Et dum introissent in carcerem recli-
si sunt gaudio repleti . Accedentes omnes salu-
tabant eum . Etiam hi qui in pauimento iacebant
et ambulare minime poterant : manibus suis rep-
tantes festinabant offerre ei pacem : et osculari
eum osculo sc^o . Beata uo^o natalia extergebat
sanguinem beati adriani : et superungebat ex eo

corpus suum. Et dum osculati essent eum sancti
 martires dicebant ei. Letare in domino dilectis-
 sime: quoniam nomen tuum scriptum est: cu-
 pteculis senis dei. Adrianus autem dixit ad eos
 Vos gaudete uestra enim corona est et uir labor.
 Sed magis orate: ut nihil aduersum me semi-
 net diabolus. Multum enim defeci corpore.
 Sancti martires dixerunt ad eum. Confide quoniam
 non preualebit diabolus aduersum te. Lon-
 ge enim fugit a tua patientia. Et quod nos timeba-
 bamus de te: cum adhuc esses homo. Cum au-
 tem supgressus es naturam humanam: non poterit iam
 amplius aduersarius preualere aduersum te.
 Non ergo formides: quoniam christus uictoria
 tua. Diaconis uero uir et alie mulieres que
 erant: note permanebant in carcere curantes ulcera
 sanctorum. Alie quod curabant uulnera: alie autem
 suis stolis quas uestiebant extergebant putre-
 dinem uulnery eorum. Omnes uero diuiserunt
 sibi numerum sanctorum administrandum eis.
 Cognouit autem tyrannus quia concurrebat ad eos
 multitudo feminay et ualde honestay: con-
 stitutus est ualde et precepit ut preterent in-
 gredi ad eos. Videns hoc sancta natalia: que prohibi-
 te sunt mulieres ministrare eis: exurgens ton-
 sorauit crinas suas: et induit uestem uirilem
 et introiit sicut uir ad sanctos martires et cu-
 rabat omnium uulnera: quot quot susceperat
 supradite femine ad curandum. Et dum com-
 pleret ministerium suum in cura sanctorum ueni-
 ens sedebat ad pedes adriani: et deprecabatur
 eum dicens. Rogo domine meus: memorare con-
 iunctionis nostre. Memorare quoniam cohop-
 ta sunt tecum in hoc martirio. Memorare quoniam
 ego iunxi te in hoc agone certaminis. Memora-
 re: quoniam ego preparaui tibi has coronas. Depre-
 care ergo dominum nostrum: ut me accipiat tecum: ut

quod comunicauimus in unum in hac uita misera-
bili et plena peccatis: ut simul simul in illa be-
atissima uita que est sine dolore. Propter quod
peto te dñe meus: ut hanc primam petitionem po-
stules a deo nro. ut has primas petitionum tuarum
preces offeras ei. Scio enim: quia prestat tibi
quodcumque petieris ab eo. Tu ipse bene nos-
ti peruersitatem cuius uiribilis huius et impie-
tatem regis. Ne quoniam suggerat ipse tyranno: ut
me coniungat homini sine deo: ne polluant
impium thorum tuum uel sancta coniunctione nostra.
Rogo te salua coniugem tuam: sicut didicisti
ab aplo. Dona mihi mercedem continentie et
ut permaneam tecum. Et dicant per me om-
nes mulieres obtemperare uiris sanctis: uiden-
tes sollicitudinem tuam erga me. Et cum hec di-
xisset surrexit. et quemadmodum unicuique
cura exposcebat: cibabant eos simplicibus et
delicatis cibis. Constricti enim erant dolori-
bus: quia incipiebant ulcera eorum ad sani-
tatem perducere. Cognoscentes autem alie mu-
lieres: quia tonsorant se natalia uel etiam
in cultu uirili ministrare sanctis. Tonsorane-
runt se et ipse induentes cultum uirilem et
ipse introibant in carcerem: ut ministrarent
sanctis. ut et et alie que erant seculares bene na-
te ita facerent. Maximianus autem rex dum hoc
cognouisset: quod fecissent mulieres: quia iam
in defectione erat spiritus martirum. iussit ma-
idem aeneam afferri: et sub copeis eorum: ut uel-
te magno confringerentur tibi eorum. Dicens.
faciam eos ut non communi morte sicut et
ceteri homines exeant de hac uita. fecerunt
ergo questionarii sicut eis uisum fuerat por-
tantes uasa pertulerunt in carcerem. Beata uero na-
talia: cum uidisset eos uenientes: occurrit
eis et deprecabatur dicens. Rogo uos ut initium

faciant ab adriano meo: ne forte uident quemad-
 modum amarissima pena sc̄is infertur: timeat̄
 terreatur. fecerunt ergo illi sic eis dixit natalia
 Et dum subposuissent questionariū meudē enēā
 sub pedib; eius: b̄ta uō natalia adprehēdens
 pedes sc̄i adriani: extendit super meudē. q̄sti-
 onariū uō eum magna uirtute percutientes ab-
 siderunt pedes eius. Rex ait sc̄a natalia ad be-
 atum adrianum comparē suum. Eretor te +
 te domine meus seruus xpi: adhuc dum in te
 uigō sp̄us: extende manū tuam: ut abscidat
 eam a te: et in omnib; equalis efficiaris sc̄is
 martyrib;. Amplius enim a te illi tormenta s̄b-
 stinuerunt. Extendens uō b̄tissimus adrianus
 manū suam dedit eis. At illa supposuit eā in
 eudi. Questionariū uō percutientes absiderūt
 eam: et dum ammouissent a b̄to martyre me-
 udem statim reddidit sp̄m. Circum euntes autē
 milites per omnes sc̄os eum meude et uectē fer-
 reo: confregerunt crura eorum. Veniebāt enim +
 martyres extendentes pedes suos prius q̄ uenisset
 ad eos questionariū: clamantes & dicentes. Do-
 mine ih̄u xpe suscipe sp̄m n̄m. Et hęc dicentes red-
 diderunt sc̄as animas. Maximianus uō rex iul-
 sit corpora eorū igni exuri dicens. Ne forte ue-
 niant gallillei. Et tollant eos. B̄ta uō natalia
 abscondit manū sc̄i adriani: que erat abscessa
 ab eo celans in sinu suo: ut non simul igni cre-
 maretur. Questionariū uō sc̄m preceptū tirā-
 ni portabant corpora sc̄orū: ut ea mitterent
 in ignem. iam enim preparata erat fornax ar-
 det. B̄ta uō natalia sequebat̄ corpora sc̄orū
 suscipiens stillantem sanguinem eorū: de quo
 tamē propriū corpus situm p̄ugebat. Seque-
 bantur et alie mulieres religiose et bene nā-
 te susipientes sanguinē sc̄orū. Martirū in lin-
 aminib; et purpurā qui stillabat de eorū corpo-

ribus. Alie uo in sinus suos suscipientes absconderunt
Nam et uestimenta questionarioꝝ que erant sangui
ne infusa sc̄oꝝ clarissime femine coparauerunt
auro multo uel gemmis et ornamentis preciosis
Et cum peruenissent questionarii ad fornacē ar
dentem miserunt sc̄os in ignē de superiori ore
fornacis. Astantes aut mulieres clamabant flē
tes et dicentes. Memoramini nr̄i dñe i regē ur̄a;
Natalia aut impetu sc̄o: cui uox magna uoluit
se ipsam mittere in ignem. Missis aut corporib;
omnium sc̄oꝝ in ignem: subito facta sunt toni
trua magna: et pluuie et grandines et corru
sationes: uel tremotus: ut et natar et sicut i
diluuiio ciuitas et omnis locus. Simul etiam
extincta est fornax ardens a multitudine im
brium et tempestatum. Questionarii uero
uidentes iram terribilē: fugerunt. Alii uo ca
dentes in facies suas expirauerunt. Curretes
uo qui ibi aderant fideles: et natalia simul
cum aliis mulierib; fidelib; et religiosis rapu
erunt sc̄oꝝ martiri reliqas: & inuenerunt
eas illesas: ita ut nec capillus eorum exustus
eēt ab igne. Religiosus aut quidā loci illius
cum sua coniuge procedens ad uestigia nata
lie uel sc̄m: qui aderant: rogabant dicentes
Ecce nos iuxta ciuitatem hanc manebamus
ut essemus in secreto. horretes uo impietate
uel sanguinis effusionem que fiebat a rege
impio in hac ciuitate uel sanguinis effusione
que fiebat a rege impio in hac ciuitate: ideo
fugientes abiimus ibi: ad orientes loca no
stra. Propter qd date nobis corpora sc̄oꝝ: et
leuamus ea in nauicula nr̄a: et euntes reco
dimus ea apud nos: usq; dñi moriatur rex
iste impiissimus. Et tunc translationē eoz digni
faciemus: ut omnes ueniētes adorent eos. Si u.
reliquerimus eos hic: addiscet impiissim; rex

et tollet iter et incendet eos: quos deus liberauit
 de igne p tonitrua et terremotus et tempestates
 Et placuit hic sermo in conspectu omnium q
 erant ibi et leuauerunt corpora eorum in na
 ui: & pertulerunt ea in bicantium: flante uen
 to de puppe. Natalia uo remansit in domo
 sua huius secum manu bñssimi martiris adriani.
 Dicebat enim. Ne forte comprehendantur cor
 pora sc̄oz et inueniar ego simul tradēs spem
 meam. Accipiens uo manum sc̄i martiris adri
 ani inuoluit purpura et infundēs in mirro po
 suit eam in grabato ad caput suum nullo sci
 ente. post aliquot uero dies cognoscens qdā
 tribunus ciuitatis: qd b̄ta natalia ēēt in eade
 ciuitate: ueniens ad palatium rogauit regem
 ut eam acciperet in coniugio: erat enim mul
 tum diues et prima in clarissimis mulierib
 et ualde pulchra. Tribunus uero tñsimis ad
 eam honestas feminas: ut ei loquerentur de cō
 iugio. b̄ta uo natalia audiēs hec uerba ita res
 pondit. Et ego audiens hoc: multum gauisa
 sum. Quis enim mihi poterat prestare hoc ut
 coniungerer tali uiro. Sed hoc peto ut detur
 mihi trium dierū spatium: ut me preparem.
 Non enim estimabam me in gri. h̄ec autē
 propterea dicebat: uolens fugere et abire ubi
 erant corpora sc̄oz martirum. Et his uerbis
 seduxit mulieres: que misse fuerant a tribuno.
 Ip̄a uo post egressionem illarum abiit ad recl
 natorium suum ubi erat manus sc̄i martiris
 adriani: et prociens in faciem suam clamabat
 cum lacrimis ad dñm dicens. Domine deus
 nr̄: deus tribulantium: qui iuxta es his: qui
 tribulato sunt corde: respice in me ancillam
 tuam: & ne permittas maculari cum corporale
 adriani martiris tui. Fretor te dñe deus me
 us: ne obliuiscaris adriani serui tui. Misere

dñe miserere mei: & ne obliuiscaris uinculorū
eius: quæ sustinuit propter nomen tuū. Mi-
sericors es domine: ne in uacuū facias tormē-
ta eius: et miseras quas uiderunt serui tui
q̄ pertulerunt propter te: sed illius memo-
rare. Erue me dñe a cōsortio inimicōꝝ: ut nō
polluat multiformis mimic⁹ tuorum adriani
serui tui: tu dñe qui liberaſti sc̄ōs tuos de illo igne
libera de expectatione impij huius. Et dum oras-
set: ex multo merore atq̄ tristitia soporata est.
Et ecce unus de sc̄ōs illis martyribꝫ assistit ei di-
cens. Pax tibi natalia ancilla xpi. Confide.
qm̄ non despexit te deus: ne q̄ nos oblitū sumus
omnium laborum tuorum: quos exhibuisti i
nos. Cui beata natalia dixit. Dic etiam mihi
sc̄te: assistit uobiscum dñs meus adrianus co-
ram xpo. Et dixit ei. Etiam ante nos ei apparuit
Sed exurge ascende in nauicula: et nauigans
ueni iuxta nos ubi sunt corpora nr̄a. tibi enim
uisitabit te deus et perducet te ad nos. Et dum
uigilasset natalia et in semetipsa reuersa fuis-
set. exurgens reliquit omnia sua: solummodo
manum b̄ti martyris adriani tulit secū. Et exi-
ens ascendit in nauim: & nauigans ut ueniret
ubi erant corpora sc̄ōꝝ. Et cum ascendissent
nauim: inuenit multitudinem uirorum et
mulierum: qui et ipsi fugiebant a conspectu
impiissimi regis: et cum eis nauigauit. Addi-
scens aut̄ tribunus qui eam petierat. eo quod
fugisset natalia: ingressus palatium postulabat
regem adiutoria militum. Et dum accepisset
ascendit nauim aliam & sequebat̄ eā. Et cum
nauigasset quasi mille stadia exurgens uen-
tus contrarius reuocauit eos retrorsum unde
ascenderant. Quidam aut̄ ex eis mortui
sunt: & in impetu fluctus demersi sunt in
profundum. Media uō nocte apparuit eis

spiritus seductionis: ubi beata natalia nauigabat i
 spetiem nauis in qua etiam uidebant eē epyba
 te. Et dicebat eis quasi uoce nauclerii. vnde +
 existis et ubi pergitis. At illi dixerunt. Ex nico
 media ciuitate egressi sumus: et in bicantium
 nauigamus. Dicit eis itez spūs erroris. Erratis +
 uos. Non enim est ipsa nauigatio ad aliam pte
 pergite: que est ad sinistra. Volens eos in pella
 gus mittere. Estimabant enim illi q uere nau
 te orientales essent. Exurgentes transmutabat
 uela: ut pergerent illuc ubi dixerat eis. Et ecce
 subito apparuit eis sc̄s adrianus ueluti in carabo
 sedens et clamans dixit ad eos. Venite sic que ad
 modū est uetū ur̄m: nec sequamini eum: ipse
 est enim qui persequit uos: ut uos perdat. Et sta
 tim nusq̄ comparuit ille spūs erroris. Exurgēs
 aut sc̄a natalia: uidens q̄ precedebat eos sc̄s a
 drianus repleta est gaudio. uentus uō prosper ex
 urgens duxit eos in locū bicantii p̄ usq̄ illuce
 sceret. Et descendentes de nauis abierunt in
 domum ubi erant corpora sc̄oz. Procidens uō
 sc̄a natalia: adorauit corpora sc̄oz martiri
 qui patienter omnia tormenta sustinuerūt.
 Et summes sc̄a natalia manum que fuerat abscis
 sa: posuit eam iuxta corpus sc̄i Adriani: et in
 clinans genua sua orauit. Et ingressa est interi
 cubiculum et salutauit omnes fr̄s uel sorores
 dicens ut orarent pro ea. Illic enim erat cōgrega
 ta multitudo fidelium. Qui et rogabant eam
 ut modicum requiesceret: ualde enim fuerat
 fatigata in nauis. Et cum requieuisset statim
 apparuit ei sc̄s adrianus per somnium dicens.
 Bene uenisti in pace ancilla xpi et filia martiri.
 Veni ad nos in regem tuam: ueni et percipe ea
 que debent tibi. Et continuo euigilans narrat
 omnib: et denuo obdormiuit: et statim sc̄a
 natalia emisit spiritum. Venientes uero fr̄s

uel sorores que erant ibi ut eam excitarent inue-
nerunt eam defunctam. Exurgentes uero ora-
uerunt: et accipientes eam posuerunt iuxta cor-
pora sanctorum. Et dum complerent orationem post
depositionem corporis eius: signauerunt ipsam
domum. Multitudo autem uirorum et mulierum
ibi permanentes et abrenuntiantes omnibus
que sunt huius seculi: seruebant domino: cuius
honor et gloria in secula seculorum amen. **XVIII.**

KL. octobris. passio sancti cornelii episcopi et maris.

Temporibus decii cesaris: maxima persecuti-
o orta est christianis: et precepit decius ut
clerici ubicumque inuenti fuissent sine audien-
tia punirentur. Eodem autem tempore tenuit decius
beatissimum papam cornelium: cum in uersio-
dero eius: tam presbiteris quam diaconibus. Quem precepit
centum cellis exilio deportari. Qui dum esset
in exilio: multi christianorum ueniebant ad eum et con-
fortabant eum. Alii autem de carcere mittentes
ad eum scripta confortationis dicebant. Eodem
uero tempore beatus cyprianus episcopus scripsit beato
cornelio: cum esset in custodia de celerino
lectore qui in tantam confessionem aduerte-
ra fuisset distentus. Tunc decius cesar hoc audi-
to: quia multi ei scriberent: et et a beato cypria-
no iussit mitti centum cellis et adduci beatis-
simum cornelium papam urbis rome. Quem
et precepit sibi noctu in tellure presentari ante tem-
plum palladis. Quem ita aggreditur dicens.
Sic definisti ut nec deos pudeas: nec precepta ma-
iorum consideres: nec iuris iuramentis terrearis: ut
contra rem publicam litteras accipias et dirigas.
Beatissimus cornelius: urbis rome episcopus dixit.
Ego de corona domini litteras accepi non contra rem
publicam litteras accipias et dirigas. Beatissimus
cornelius urbis rome episcopus dixit. Ego de
corona domini litteras accepi non contra rem publicam:

sed magis ad animas redimendas. Tunc deuius ce-
 sar iracundia plenus iussit os eius cum plumba
 tis cederetur. Et precepit ut duceret ad templum
 martis: ad sacrificandum deo marti. Quod si
 non consenserit diis: ut illic capite puniatur.
 factum est autem: cum duceretur unus ex mili-
 tibus nomine cerealis: coepit rogare beatissimum
 papam corneliū ut intraret in domū eius: quia
 uxor eius: quinque annis in lectulo paralytica
 iacebat. Qui cum puenissent ad arcum stel-
 le ubi manebat: rogabant eum omnes comi-
 litones eius et ingressus est in domū cerealis cum
 duobus presbiteris et uno clerico. Dedit autem hanc orō-
 nem beatissimus papa cornelius dicens. Domine
 deus creator omnium uisibilium & inuisibilium
 qui dignatus es ad nos peccatores uenire: ut
 nos saluos faceres: tu erige allisa hanc famu-
 lam tuam: et dona ei misericordiam tuam
 sic ceco nato donasti lumen ad agnoscedam
 gloriam tuam. Et tenens manum salustie: erexit
 eam dicens. In nomine ihu xpi nazareni sur-
 ge et sta super pedes tuos. Non mea auctoritate
 dico: sed domini mei ihu xpi: qui fecit ce-
 lum et terram mare et omnia que in eis sunt
 et uiuit in secula seculorum. Et responderunt
 omnes qui aderant et dixerunt amen. Et
 protinus exiit se salustia clamans et dicens
 Vere xpus est deus et dei filius. Et dicebat
 ad beatum cornelium papam. Baptiza me per
 xpm te coniuuro. Et currens que erat deni-
ximiano adhuc insana estuante: mandata mittūt
 sic pia et fortia que feruntur fuisse in hoc modo:
 Milites sumus imperator tui: sed tamen serui: quod
 libere confitemur dei. Tibi militiam debemus il-
 li innocentiam. A te stipendium laboris accepim⁹
 ab illo uite exordium sumpsimus. Sequi impe-
 ratorem in hoc nequaquā possum⁹: ut auctore nege-
 mus deum: utiq; auctorem nr̄m dñm: auctore
 uelis nolis tuum. Si nō itam funesta compel-
 lumur: ut hunc offendamus: tibi ut fecimus hac-
 tenus adhuc parebimus. Sin aliter illi parebi-
 mus potius quam tibi offerimus nr̄as in quē
 libet hostē manus: quas sanguine innocētium
 cruetare nefas ducimus. Dexterę iste pugnare
 aduersus impios atq; inimicos sciunt: laniare
 pios et ciues nesciunt. Meminimus nos pro ciuib⁹
 potius q̄ aduersus ciues arma sumpsisse. Fu-
 gnauimus semper pro iustitia: pro pietate: pro
 innocentium salute. hęc fuerunt hactenus no-
 bis pretia periculorū. Fugnauimus pro fide quā
 quo pacto conseruamus tibi. si hęc deo nr̄o nō
 exhibemus. Iurauimus primū in sacramenta di-
 uina. Iurauim⁹ inde ī sacramēta regia. Nihil
 nobis de secundis credas necesse est: si prima p-
 rupimus. xp̄ianos ad penam per nos regi ui-
 bes: iam tibi ex hoc alii requirendi nō sunt
 hęc nos hic confitentes deum patrē auctorem ⁊
 omnium ⁊ filium eius iesum xp̄m credim⁹
 vidimus laborū periculorūq; nr̄orū solutus: nobis
 quoq; eorū sanguine aspersis trucidare ferro.
 Et tamē sc̄tissimorū cōmilitonū mortes et frum
 funera: non fleuimus: non doluimus: sed potius
 laudauimus: et gaudio prosecuti sumus: q̄a
 digni habiti essent pati pro dño deo eorum. Et
 nunc non nos: uel hęc ultime uite necessitas
 in rebellionem cogit. Non nos aduersum te im-
 perator armauit ipsa saltē que fortissima est

in periculis desperatio. Tenemus ecce arma et non resistimus: quia mori quàm occidere satis maluimus et innocentes interire: quàm noxii uiuere preoptamus. Si quid in nos ultra statueris: si quid adhuc iusseris: si quid amoueris ignes: tormenta ferro subire parati sumus. Christianos nos fatemur: persequi Christianos non possumus. cum hæc talia Maximianus audisset obstinatosque in fide Christi cerneret: antros uirorum desperans gloriosam eorum constantiam posse reuocare una sententia: interfici omnes decreuit: et rem confici: circumfusis militum agminibus iubet. Qui cum missi ad beatissimam legionem uenissent: stringunt in sanctos impium ferrum mori non recusantes uite amore. cedebantur itaque passim gladiis: non reclamantes et saltim aut repugnantes: sed depositis armis et ceruices persecutoribus prebentes: et uigulum per cursoribus uel in tectum corpus offerentes. Non uel ipsa suorum multitudinem: non armorum munitione elati sunt: ut ferro conarentur asserere iustitie causam. Sed hæc solum reminiscentes se illum confiteri: qui nec reclamando ad occisionem ductus est. et tanquam agnus non aperuit os suum. Ipsi quoque tanquam grex dominicorum ouium lamare se tanquam abirruentibus lupis passi sunt. Opera est terra hic procumbentibus immortalium corporibus piorum. Fluxeruntque pretiosi sanguinis riuus. Que unquam rabies absque bello: tantam humanorum corporum strage dedit. Que feritas ex sententia sua: tot simul perire uel reos iussit. Ne iusti punirentur multitudo non obtinuit: cum multum esse soleat quod multitudo delinquit. hac igitur crudelitate immaniissimi tyranni confectus est ille sanctorum populus: qui contempsit rem presentium obspem futurorum. Sic interfecta est illa plane angelica legio que ut credimus cum illis ange-

lorum legionibus: iam conlaudant semper in ge-
 lis dñm deum saboth. victor autē martir nec
 legionis eiusdem fuit: neq; miles: sed merite
 iam militie ueteranus. hic cum iter agens
 subito incidisset in hos qui passim epulabāt
 leti martirum spoliis: atq; ab his ad cōuescē-
 dum munitatē prolatam ab exultantibus
 per ordinem causam cognouisset: detestat⁹
 conuiuial: detestatusq; conuiuium refugie-
 bat. Regrentib⁹q; ne et ipse forsitan xpian⁹
 esset: xpianū se et semper futurum ēē respū-
 dit. Aestatem ab irruentibus interfectus: ceteris
 q; martiribus in hoc ipso loco sicut morte ita
 et honore cōiunctus est. hęc nobis tantum
 de nō istoz martirum comperta sunt nōia
 idest bñssimorum mauriti exuperi candidi
 atq; uictoris. Cetera uō nobis quidē incogni-
 ta: sed in libro uite scripta sunt. Ex eadē le-
 gione fuisse dicuntur et illi martires ursus
 et uictor: quos salodoro passos fama confirmat
 S alodorum uero castrum est sup arolam flu-
 uium: neq; longe a reno positum. opere pti-
 um est et ilud indicare: qui demde maxi-
 manum trucem tirannum exitus consecu-
 tus est. cum dispositis insidiis genero suo
 constantino. Tunc regnum tenente morte
 moliret: deprehenso dolo illius apud massi-
 liam captus: nec multo post strangulatus te-
 rrimoq; hoc supplicio affect⁹ impiam uitā
 digna morte finiuit. At uō bñssimoz martirū
 corpora post multos passionis annos scō theo-
 doro huius loci epō reuelata tradunt. In q̄
 honore: cum extrueret basilica: que uaste tē
 adiuncta rupi uno tantū latere acclinis iace-
 bat. Sed nunc iubente preclaro meritis am-
 brofio huius loci abbate de nouo edificata i-
 bidinis ēē dignoscit. Neq; em̄ hoc emittēd⁹:

32
quod post longum temporis tractum beati innocen-
ti martiris membra rodamus reuelauit. Iugum enim
dilluuium uicinum in secessu uergens: religiosa
quadam soli pernitie ad sepulturam martiris famu-
latrix unda peruenit. Prolatas namque reliquas lem-
ter lambens: non ideo a sinu terre protulit: ut
in gurgitis sui procellam dimergeret. Sed ob glo-
riolam deuotionem intra ambitum basilicæ ce-
terisque martiribus sepulture precipere sociari. Cu-
ius translationem ad sancte recordationis domi-
tiano genuense: et grato augustane urbis: uel
protasio tunc tempore huius loci episcopi celebratam
recolentes cotidiana deuotione et laudibus
frequentamus. Quid miraculi tunc appaueit
nequaquam tacendum putauimus. Accidit: ut inter
reliquos artifices: qui uocati uenisse ad hoc
opus uidebant: quidam ad eam faber: quem adhuc
gentilem esse constaret. hic cum dominico die
quo ceteri ad expectanda diei eius festa absces-
serant: in fabrica solus substitisset. in illo secre-
to se subito clara luce manifestantibus sanctis: hic
idem faber rapitur: atque ad poenam uel ad sup-
plicia distenditur. et uisibiliter turbam marti-
rum cernens: uerberatus est increpatur: quod
uel die dominico ecclesie solus deest: uel illud fa-
brice opus sanctum suscipere gentilis auderet.
Ad ideo misericorditer a sanctis sanctum constituit:
ut faber ille consternatus et territus salutare
sibi nomen posceret: statimque christianus effectus
est. Neque illud in sanctorum miraculis pretermi-
tam: quod perinde clarum: atque omnibus notum
est. Mater famularum quinti egregius atque hono-
rati uiri: cum ita paralisi fuisset obstricta ut
ei et pedum usus negaretur a uiro suo: ut il-
lic permultum itineris spatium defereretur
poposcit. Quo cum peruenisset: sanctorum martyrum
basilicæ famulantium manibus illata pedibus

ad diuersorium redit ac sanitate depremor tu
 is restituta membris miraculum suū circontu
 lit. h. et duo tantum mira passionis sc̄torū m
 serenda credidi. Ceterum satis multa sunt q̄
 uel in purgatione demonum uel in restaura
 tione claudorum: aut sanitate februm: ceteris
 q̄ infirmitatib; cottidie hic per seruos suos uir
 tutes domini operantur. Quia multa narra
 da sunt: si per singula scribant. t. amē fidelib;
 cordib; absq; lectione cognita eē noscuntur.
 Que quanta et qualia miracula istic per sc̄tos
 suos ad honorem et gl̄iam nominis sui dñs
 operare non desinit. Quod uibente sc̄to et p̄cla
 ro xp̄i martyre sigismundo rege est institutū.
 huc usq; hodie deo protegente ē cōseruatum.
 Propterea hic laudes dei serui canentes ore
 psolunt: cui est honor et gl̄ia ipius et pote
 stas per omnia secula seculorum AMEN.

viii. kl. octobr. passio sc̄te tede uirgis et mris.

In illis dieb; proficiscente paulo iconio
 ab antiochia facti sunt ei comites de
 mase hermogenis erarius simulatione pleni
 et fite blandiebant: paulo quasi diligenter
 eum. Paulus aut hñs magnam benignitate
 in se: nihil mali suspicabatur in eis. Dilige
 bat aut eos ualde: ita ut omnia uerba dñi et
 doctrinā: secūdu euāḡl̄m interpretabat eis. et de
 natiuitate et passione et resurrectione chri
 sti demonstrabat eis: et quē admodum fecissq;
 magnalia xp̄us: per uerbum interpretabat
 eis: et quē admodum fecississet magnalia
 xp̄us: per uerbum interpretabat eis: et quē
 admodum de maria ex semine dauid secū
 dum carnem: et de sc̄to spiritu: iesus xp̄us fi
 lius dei extelli eō natus instruebat eos. Et q
 dam uir honesti forus: audient paulum ueni
 entem iconio euit cum filiis suis simā et ce

none et uxore sua recta obuiam paulo: ut eum
susciperent. Narrauerat enim eis titus: qualis
esset in actu et figura paulus: non enim noue-
rat eum onesiforus: sed tantum ex auditu
sciebat eum. et iter faciens per uiam regalem
que ducebat listris stetit expectans eum ueni-
entem et uenientes intuebatur secundum iudi-
cum titi. Viderunt ergo eum uenientem ui-
rum statura breui: capite reburro: naso aq-
lino: gratia repletum: cuius uultus tanquam an-
geli apparebat. Idem uero paulus uides hone-
siforum letatus est ualde. honestiforus au-
tem dixit ei. Aue minister benedictione dei. et
ille ait. Gratia tecum: et cum omni domo tua.
Demas uero et hermogenis zelati sunt: et eo ma-
gis ampliore sua declarauerunt simulatio-
nem: ita ut diceret demas: nos non sumus be-
nedicti: quia nos minime salutasti. Ad quos:
honestiforus dixit. Homo uideo in uobis inquit
fructum iustitie: si autem est et in uobis et in uo-
bis aliquid boni: uenite et uos in domum me-
am: et requiescite. Ita quod introeunte paulo
in domum honestifori letitia magna facta est
et erat sermo dei de omni iustitia et de con-
tinentia paulo haec docente. Beati qui puro sunt
corde: quia ipsi deum uidebunt. Beati qui se in
castitate custodiunt: quia anime eorum templa dei
efficientur. Beati abstinentes: quoniam cum ipsis lo-
quitur deus. Beati qui seculo renuntiauerunt:
quoniam ipsi deo placebunt. Beati qui coniugia ita habent
tanquam non habentes: quia ipsi hereditabunt
uitam. Beati timore dei habentes: quoniam angeli effi-
cientur. Beati qui uerba dei metuumt: quia ipsi
consolabuntur. Beati qui baptismum Iesu custodi-
diunt: quia ipsi in lumine regescent. Beati
qui sapientiam Christi accipiunt in agnitionem
quia filii altissimi uocabuntur. Beati qui cum pri-

dentia xpi mandata cōseruant: et p̄cepta ipsius nō
 contempnunt: quia ipsi ueste lucida induuntur
 B̄ti qui propter fidem et caritatē dei morti tradēt
 ambitionem seculi contēpnentes: q̄a ip̄i angelos
 iudicabunt: et ad dexteram xpi stabunt. B̄ti r̄
 misericordes: q̄a ipsis miserebit deus: et nō uide-
 bunt iudicii diem amarum. B̄ti sp̄s uirginū;
 q̄a absq̄ tristitia et periculo permanebūt: et nō
 pdent iustitię suę mēcedē. Sermo em̄ dei illis
 fiet ī salutem ī diem filii dei uiuū. & requiē hē-
 bunt in seculo futuro in lumine sempiterno r̄
 h̄ec igitur paulo per totam diē predicante in me-
 dia ecclia. hoc est in domo honesti fori: uirgo r̄
 quedā nomine thecla theoclie filia: thamirō des-
 ponsata: que erat iuxta domum honesti fori
 manens: audiebat dici de paulo quē admo-
 dum facerē de castitate et orōne sermonem.
 Que sedens ad domus suę fenestram minime
 recedebat ab ea: sed fidē iam h̄ns in deo affectu
 maximo xpi ducebantur: uidebat enim pluri-
 mos introeuntes ad paulum et cupiebat: ipsa
 quoq̄: ut inter hos digna eēt audire pauli ser-
 monem. Neq̄ enim effigiem eius uiderat: sed tā-
 tum ex aliorū dictu sermonem illum facere au-
 diebat. Cūq̄ a fenestra minime recederet: xpi
 iesu fide intentā: ut sup̄ius memorauimus: m̄r
 eius misit ad thamirum accersiens eum. At il-
 le gaudens aduenit: quasi iam eam ad nupti-
 as accepturus: et interrogauit dicens. vbi est
 mea thecla ut illam uideam. Theoclia uō r̄
 thamirō dixit. Nouū tibi spectaculū thamirē
 dictura sum: dies enim sunt tres et noctes tres
 ex quo thecla xpi nescio cuius amore detenta
 ab hac fenestra nō recedit: neq̄ ad manducan-
 dum: neq̄ ad bibendum et quasi ad epulas i-
 tenta ita adheret: uiro cuida peregrino seduc-
 toria et uaria ac uana uerba de illo loquēti

ut etiam mirum sit: quo talis pudica uirgo tam
seuissime affligatur. Iste homo thamire iconioꝝ
ciuitate commouit: atq; sollicitat et tuam thecla
Omnes enim homines: sed et omnis pene ciuitas
ad eum ingrediuntur: et affectu doctrine eius
tenentur. In qua docentur. unum timere deum
atq; caste uiuere semper: sed & mea filia thecla
ueluti aranea: ita deuincta est eius uerbis et cap
ta uano desiderio atq; noue doctrine attonita
his uidelicet que ab eodem dicunt talis uirgo
perit. Accede itaq; ad eam et loquere illi: sibi
enim desponsata est. Ille uo amans et diligens
eam: obuiigans illam ait ad eam. Thecla: q
talis es: que te passio uel amentia tenet: potius
conuerte te ad me et erubescere. Hecno et mater
talia dicebat. Thecla cur talis es: sedens deorsu
respiciens ac neminem nrm intueris: amens effec
ta. Sed cum hec dicentes: nihil proficeret: cuncti
plorabant: atq; se lamentabant. Thamirus q
quia erat uxore priuatus. theoclia uero q
filia: ancille aut domina: multo itaq; erat pla
ctus luctusq;: sed ad hec thecla minime moueba
tur: neq; conuersa est ad eos: sed erat pro uerbo
dei doctrine pauli deuincta. Thamirus igitur
profiliens perrexit ad hospitium pauli et obserua
bit introeuntes ad eum. Videns uo quosdam ui
ros exeuntes ab eo: atq; inter se de pauli doctna
disputantes: ait ad eos. Quis est iste dicite mi
hi: aut quis est hic qui intus uobiscum est seduc
tor: qui animas adulescentium ac uirginu per
uertit: quod nuptie minime fiant: sed plura
det illis: ut sic permaneant. Spondeo itaq; me
uobis multam pecuniam daturum: si mihi quis
sit hic dixeritis: na sum porciuitatis. Demas aut
& hermogemis dixerunt. hic quidem quis sit ne
scimus: confirmat aut iuuenes. et mulieres et
uirgines dicens eis. Altera resurrectio no erit

ura nisi scī pmanferitis: et carnē urām nō conqua-
 ueritis. Thamirus autē dixit eis: uenite ad domū
 meam et refescite et reficite uos. Et abierunt ad
 pretiosam cenam: et diuitias magnas et mensā
 splendidam: et satiauit eos portionibus. Thami-
 rus autē amans theclam et uolens adipisci mat-
 rimonium in die qua statutū fuerat a theoclea +
 mire: dixit eis. Uinq; est huius doctrina: dicite
 mihi: ut et ego sciam: non enim minime tribulor
 propter theclam quia amat peregrinū istū hos-
 pitem paulum. Dixerunt autē demas & hermo-
 gemis: ex uno ore thamiro. Perduc eū ad sex-
 tiliū presidē: et dic eum persuasorē ēē populi
 doctrine xpiane: & secundū senatū cōsultum.
 perdet eum in auditum: et tu habis theclam +
 mulierem tuam: et nos te docebimus resurrecti-
 onem: quam dicit iste futuram esse iam factā:
 quī resurreximus et resurgemus semp in filios
 nr̄os. Et hęc ut audiuit thamirus: replet celo
 et furore: surrexit ante lucē: et abiit in domū
 honesti fori: cum turba copiosa et fustibus et
 magistratibus cum magno clamore dicens. Im-
 postdr̄ perueristi comōy ciuitatē: et cōstabilitā
 mihi uxore euertisti: ut et nollet nubere: et cō-
 prehēdēs paulum astrictū trahēbat ad presidē.
 Et omnis turba sequebat eum et clamabat dices
 hic homo magus est: peruertit enim corda ho-
 minum et multam turbam populi persuasit.
 Tunc thamirus ad tribunal presidis dicebat.
 Rogo dñe sextili: quis est hic homo: nescim⁹
 aut unde uenerit: qui non sinit nubere uirgi-
 nes: uel qua de causa hęc facit. Tunc demas &
 hermogemis dicebant thamiro. Dic illum xpiani-
 um ēē et celerius periet. Statim proconsul
 constabiliuit sensum suum: et iussit paulū
 sibi offerri: quem dum uiderē dixit. Quis es
 tu: et quid doces. Nō enim minime et tunc

accusant. Et paulus clara uoce: respondit dicens.
Si ego hodie interrogor: quid doceam audi pro-
consul. Deus uiuus: deus uerus est: deus celas
cuius sunt omnes misit me: ut a errore ido-
latricae: & a corruptela & ab immunditia hoies
reuoce: ut iam amplius non peccet. Propter
quod misit deus filium suum: quem annuntio
ego: et doceo omnem hominem in illo habere spem
salutis: quod solus condoluit: erranti seculo: nec
iam sub iudicio sunt iudicium terrestrium
sed habeant timorem dei et notitiam castitatis
et caritatem ueritatis. Si haec ergo quae a
deo mihi tradita sunt doceo. o. proconsul
quid mali doceo: aut quid iniuste loquor.
Proconsul autem his auditis: iussit paulum in car-
cerem recipi dicens. Quousque mihi uacuum
sit ut eum diligenter audiam custodiat. cum
uero thecla hanc rem scisso noctu uerisal suas
exuens de brachiis ianitori dedit: et patefac-
ta ianua: ad carcerem perrexit: atque illic spe-
culum argenteum: carceris custodi dedit. Ac
sic ad paulum ingressa est et ad pedes eius sedes
audiebat eum christi sapientiam docentem. Pau-
lus uero nihil metuens: immo et dei auctoritate:
libertatem quam hinc loquebatur: cuius audi-
entis illa sermones augebat in fide christi et ui-
ciosa eius osculabatur. Inter haec thecla que-
rebat a suis: ubi nam esset: & quasi perisset per
diuersas uias inuestigabat. Quidam uero ex
hominibus ianitoris indicauit illis: quod nocte
foras exisset. At illi eundem ianitorem pro-
nati sunt. Quibus idem ait: quod illa dixerit
uado ad peregrinum: ubi uinctus habetur. Per ge-
tes itaque ad carcerem sancti iudicium ianitoris
inueniunt eam doctrinam dei a paulo au-
dientem. Inde uero exeuntes turbas conci-
tarunt ciuitatis: & iudici sancti nuntiauerunt

Tunc proconsul iussit paulum ad tribunal
 adduci: theclam et accersiri precepit. At
 illa cum gaudio ibat exultans. Populus uero et
 paulo de carcere exeunte uehementer clamabat
 dicens: magus est tolle eum iam. cum autem
 audiret eum proconsul in suis iustis operibus
 et consilium caperet: theclam aduocauit dicens.
 Quare nubere non uis: secundum iconuorum legem.
 Illa autem stabat christum cogitans et intuens paulum.
 Qua tacente ac responsum minime dante:
 theoclia mater eius uociferans dixit. Ad
 ure proconsul inuicta in medio amphitheatro
 ut omnes femine ab ista instructe metuant et
 talia cogitare. Proconsul uero hoc audiens ue
 hementer condoluit: et paulum quidem flagel
 lans extra ciuitatem repulit: thecla uero ut cre
 retur: iudicauit. Atque confestim surgens inde
 proconsul ad amphitheatrum perrexit. Quae
 magna frequentatio populi ad spectaculum in
 secuta est. Inter haec et thecla: uelut agnus in de
 serto: pastorem paulum christi doctorem et dei famu
 lum regrebat. Quae intuens celum: deinde po
 pulum: uidit dominum yhesum ueluti paulum sedentem
 et ait. Quasi impatientem me paulus uenit
 spectare: et cum eum intenta respiceret: il
 le recessit ab oculis eius in celum. Adulescen
 tes itaque atque ministri attulerunt ligna ut
 male incendio cremaretur. Quae cum introisset
 proconsul uehementer ei admirabat uirtutem:
 atque constantiam. Ordinauerunt ergo ligna
 et iussit publice supascendere eam. Illa autem
 extensis manibus: similitudinem crucis faciens
 ac signans se ascendit super ligna composita.
 At illi confestim ignem supposuerunt: sed eam
 minime contingebat incendium. Deus enim
 miseratus est eius et mugitu atque strepitu ter
 ram mouens: se dedit: ac desuper nubes de ce

lo aqua grandisq; comixta descendens supra me
moratum extinxit ignem. Turba que omnis in
de dispersa est: ita ut multi morerentur timore.
T hecla uero ope diuina adiuta incolumis euasit +
Dum h. ec. ita gerunt thecla ex inde secessit. Pau-
lus uero ieiunans cum onesiforo eiusq; coniu-
ge: ac filius qm monumento erant clausi in uia
que ab iconio pergitur. & cum iam plures eent
dies ieiunii accidit: ut onesiphori pueri esuri-
rent ac dicerent ad paulum esurimus. et pa-
nes unde emerent non hebant. Relinques
enim onesiforus ea que sunt mundi: paulu
cum omni domo sua sequebat. Tunc paulus
exiit se tunica qua superutebat: et dans pue-
ro dixit ei. vade fili eme panes plures et affer.
cum uo missus puer panes emerit: uidit the-
clam uicinam suam et admirans ait ad illa.
T hecla quo uadis. Illa uero respondens ait. Pau-
lum xpi mei quero: ab igne erepta: cui puer:
veni inquit: & ego te ad eum perduco. Sollici-
tus enim est tui causa atq; ieiunans orat: dies
hns iam sex. cum itaq; ad monumentu cum
puero puenisset: inuenit paulum orantem
atq; dicentem. Domine pater iesu xpe: the-
clam ignis non tangat: sed adesto illi: qa tua
est famula. Illa aut retro stans clamauit. Pr
dmi nri ihu xpi: q celu ac terram constituisti
qui dilecti filii tui pr es: benedico te qa tu li-
berasti me: et fecisti ut doctore nominis tui
paulum uiderem. At paulus surgens: uidit ea
et dixit. Deus qui solus corda intelligit homi-
num: pater dmi nri ihu xpi: glorifico te ac be-
nedico: quia quod te rogavi: accelerasti mi-
hi prestare. erat itaq; multa dei claritas in
tra monumentum: orante et exultante pau-
lo. & onesiforo. cum reliqs omib; hebant
aut panes quinq; & olera et aquam: atq; epu-

labantur in sanctis operibus christi. Inter hec thecla ait
 ad paulum. Tondeo me et sequor te quocumque
 ieris: qui ei respondens ait. Tempus inquit
 persecutionis est: et iter asperum ualde: et tu
 speriosa es: ne aliqua te temptatio deterior com-
 prehendat: quam sustinere non possis. cui the-
 cla. Da mihi tantum in domino signaculum
 et nulla a me agridit temptatio. Tunc pau-
 lus honestorum cum omni domo sua bap-
 tismum in conio remisit. Ipse uero profectus est.
 Mox uero ut ingressi sunt antiochia: sirus quidam
 alexander nomine antiochensium primus in
 tum potens in ciuitate: et in principatu prece-
 lens: uidens theclam adamauit eam: atque paulo
 multas cepit pollicere diuitias: donare quod plu-
 rima ut eam sine tradere uoluptati. Paulus
 autem dixit ad eum. Nescio prorsus mulierem
 quam dicis: neque mea est. At ille multum potens
 occurrit illi in publico et amplexus est eam.
 Illa autem tanta non ferens iniuriam pauli christum
 inuocabat atque proclamabat in ciuitate dicens.
 Ne oprimas peregrinam: ne uim facias dei
 cille conio sum prima: et quia nubere nolui
 pulsa sum ciuitate. Et arripens eum: clam-
 dem illi consedit: et coronam quam portabat de
 capite eius excussit: statuitque eum hebetem et
 idem uero alexander: licet eam diligeret: tamen
 postquam se destitutum conspexit ipso rubore duc-
 tus: obtulit eam sicut sacrilegam proconsuli. Quod
 confitente se christianam et hec eadem sibi perpe-
 trasse: damnauit ad bestias alexandro muhe-
 ra dante. At uero ciuitas omnis obstupuit
 mulieribus: ante tribunal ululantibus ac uocife-
 rantibus: malum iudicium iniustum iudicium
 tunc thecla proconsulem postulauit: ut tantum
 modo usque in illum diem: quo esset ad besti-
 as pugnatura: castitas eius inuolata permane-

ret. Itaq; trifine cuidam diuiti femine. cuius fi-
lia nuper fuerat mortua custodienda est tradita
queq; interim thecle solatio fruebatur. Cum
aut pridie numeris fere publicani coepissent.
statuerunt eam super caueam lene ferocissime
atq; ingentis forme. trifina uo regina retro-
se quebat. Tunc leena preclaros pedes thecle la-
biebat. vnde omnis populus uides hec nimi-
um mirabatur. Causa aut eius elogiū sacri-
legam legebatur. At uo populus omnis cum
suis mulieribus et filiis clamabant dicentes de-
us iniusta sunt in hac ciuitate. cum igitur
publicata fuisset: rursus accepit eam trifina:
eiq; diligentiam adhibebat. filia enim eius defu-
cta in somniis illi apparetis dixit. Mater peregrinam
deditutam theclam: meo loco habeto: utot & pro-
me. et tisserat ad locum scorum. Postq; igitur
missa est pompa trifina theclam ad domum
reduxit. Lugebat eam simulq; illum diem: q
erat ad bestias pugnatura: amabat enim et di-
ligebat eam: ac si propriam filiam falconil-
la. Tunc itaq; ait ad illam. filia mea thecla
ora pro filia mea ut uiuat. hoc enim uidi in
somnia. At illa confides in deo eleuan: uocem
dixit. Deus celoz filius altissimi: da illi secu-
dum suam uoluntate: ut filia eius falconilla
uiuat in eternum. Cuiq; hec trifina illam po-
stulante audiret. maior ei luctus accreuit: q
tanta eius sapientia et tale decus feris obiceret.

Postera aute die: cum primū lucesceret ue-
nit alexander ut eam suscipere dicens
proconsul iam sedet et populus spectat: da ergo
ut ducam bestianam. Trifina aut regina ita
uociferata est: ut et alexander fugeret dicens.
filia mea falconilla secundus mihi luctus in
domo est: & nullus q sololet me: aut q solati-
um mihi prebeat: filia enim mea mortua e

& neq; cognati sunt mihi et ego sum uidua: sed de
 filie mee thecle adiuua theclam. Tunc proco-
 sul misit stratoclem ut adduceret. Trifina aut
 non recessit ab eadem: sed tenens eius manum +
 cum illa pergebat dicens. filiam quide meam fal-
 conillam ad sepulchrum deduxi te uero teclam
 ad bestias prosequor pugnaturam. Que audi-
 es recla amarissime fleuit atq; gemes dixit ad
 dominum. Dne deus meus: cui ergo credo: et +
 que scio ueritatis esse deum ad quem et confu-
 gi: qui me ex igne punitioso liberasti: et ab eius a-
 trocissimis inimicis eripuisti: retribue triumpho +
 mercede que tue famule condolce et quia me
 castam inuolatamq; seruauit. Inter hec tumit-
 tus uehementissimorum clamorum tollebat: rugi-
 tus et et fremitus ferarum: nec non clamor po-
 puli et mulierum ingens uociferatorum: quo-
 rundam quidam dicebant inducat sacre-
 ga quorundam uero clamantium perit ci-
 uitas pro hoc iusto iudicio. Ac demde dicebat
 Aufer omnes proconsul. infandum enim est hoc
 spectaculum et inquam iudicium. At thecla
 ex manu trifine sumpta spoliata est: & pro-
 cincta: atq; in stadium missa. Demde leones
 et ursos ad eam deuorandam miserunt
 inter quas bestias: erat et leena illa seuiissima
 atq; mire forme: que cursu uemens ad pe-
 des eius recubuit: et cum hoc uidēs omnis
 populus & multitudo mulierum existimabat:
 q; ursus in eam impetum faceret: cui leena
 illa occurrens confestim eum necauit. Rursus
 inmissus est illi leo qerat eiusde alexandri
 cui leena obuia uadens complexa est eum: &
 diu inter se feritate sua pugnantel pariter
 expuauerunt. Quod uidentes populi et mu-
 lieres: multo magis timere et flere coeperunt
 eo q leena: que illi auxilio erat: cum leone

fuisset mortua. Post hæc. Posthæc dimittunt ei plu-
rimas feras. Illa uo manib; extensis orabat. Et
cum compleisset oronem. conuersa uidit magnam
fossam aqua repletam: multasq; belluas marinas
habentē: et dixit. Nunc tempus est lauandi: ibiq;
se emisit dicēs. In nomine dei patris et filii et spūs
scī: Ego hodie baptizor. Populus deinde omnis
q; mulierum multitudo uidēs: lacrimata est
et coepit clamare. Holi thecla: nolite mittere.
Proconsul etiam prohibebat. dolens ne tantum
decus a bestiis comederet. At illa. neminem
audiens: misit se: hoc tantum dicēs in nomi-
ne tuo domine. Et statim bellue que illic erāt
ignis et fulgoris splendorem uidentes: mortu-
e supnatari coeperunt. Erat autē circa eam
quasi ignea nebula: ita ut neq; a feris con-
tingeretur: neq; unda posse uideri. At ue-
ro mulieres alius fortiorib; feris inmissis u-
lulabant: ne ab aliqua illaz discerperetur.
Ex quibus quedam aromata mittebant: alie
ueto nardum: alie iantium: quā plurimē
autē: pretiosum unguentum mittebant. Tā-
tam deniq; memorata; rez fere copiam ista-
dum iactauerunt: ut ipsa odoris abundan-
tia: omnib; feris in somnium conuersis a nō-
la eaz contingeret. At uo alexander: cum
uideret illā: nullis bestiarum morib; attre-
tari: ait proconsuli. Tauros hęc: ualde fe-
ces: ac metuendos: ad ipsos illam ligemus. Cui
proconsul dolens respondit. fac quod uis. Ita-
q; ligauerūt manus eius ac pedes: & medios
eant inter tauros statuerunt: et femorib; eoz
ignita ferramenta supposuerunt: quo ex do-
lore uulnerum ferociore effecti eam citius
interficerent. Uerum idē tauri cum exire
cepissent: flamma qua erant incensi: funes ex-
ulti sunt: quib; fuerat illa in nexa: que iam

erat: quasi non uincta. Dum hęc in stadio geruntur
 trifina iuxta arenam stans deriuit: atq; exami-
 nis facta est: ut et serui eius clamarent: mortuam
 eę trifinam reginam. Proconsul autē hęc audi-
 es obstipuit animo: omnesq; ad eum ciuitas cō-
 mota est. Alexander autem audiens procidens
 in terram proconsulem rogabat dicens miserē
 mei. Et tota ciuitas subclamabat: solue matu-
 rius hystariam: ne omnis ciuitas cum illa de-
 pereat. hęc enim si audierit cesar: fortasse
 ipsam et perdet ciuitatē: eo qđ trifina eius cō-
 gnata sit mortua. Tunc itaq; proconsul the-
 clam de medio ferarum uocauit: atq; perconta-
 tus est eam dicens: Que es tu: aut que sunt q̄
 circa te aguntur: quia nulla ferarum te con-
 tingit. Que rēdit illi. Ego dei uiui sum famu-
 la. Quod autē circa me dicitur est: quia in eū
 in quo deo p̄ri complacui saluatōrē mundi cre-
 didi: propter quem nulla ferarum: me contin-
 gere potuit. hic est enim deus solus salutis termi-
 nus et uite mortisq; discretio. Ipse enim fluc-
 tuantib; tranquillum existit refugium: hęc e-
 refectio eorum: qui pro dei nomine opprimū-
 tur: ipse est munimē hisq; spem suam in deo
 hnt: ut compendio dicam: si q̄s in hunc deū
 non crediderit: eternam uitam non hēbit:
 sed in perpetuum morietur: hęc cum audisset
 proconsul iussit uestimenta eius afferri: et in-
 diuitheclam. Illa autē ait. Qui me expoliatā
 ac nudam de igne eripuit: q̄ inter feras con-
 stitutam saluam conseruauit. Ipse me indu-
 et in die iusti iudicii sui uestimentū saluta-
 re. Que accipiens uestem suam: et induit se.
 Deinde proconsul uelociter curionem misit: ad
 populū dicens. Theclam religiosissimam
 dei famulam: dimitto uobis. Ad hęc multi-
 tudo populi et mulieres: maxima uoce clama-

bant: unūq; ore laudem referebant dicentes:
unus et uerus deus: qui theclam saluauit.
Tantus autē clamor extitit: ut ipsis uocibus
et omnis ciuitas motu quodā contremesceret.
Trifina autē hoc audiens cum frequentia populi
occurrit: et amplectēs theclam ait. Nunc cre-
do quōm mortui resurgunt: nūc credo quōm fi-
lia mea uiuit. Eam uero ad domum: et om-
nia mea tibi conscribo. At illa. pergens cum
ea ingressa est domum et regeuit ibi die-
bus octo. Sermonem eam suo catheticans:
ita ut ex ancillis audientes eam plurimē cre-
derent: et esset in domo maxima gratula-
tio. At thecla. paulum ubi esset regrebat:
de quo indicatum est ei: quod in smyrnis
esset. Quod cum auditum esset: adsump-
sit secum et alias: quas ipsa deo adquisierat:
et perrexit in smirnam. Ibiq; paulum rep-
periens sermonem dei docentem supuenit.
Qui cum eam uidisset: obstipuit. Simulq;
et alias intuens que cum ea erant: turbatus
est: timens ne forte aliqua temptatio accidis-
set ei. At thecla hoc intelligens ait. Paule
lauachrum accepi: quod enim operatus est tibi
in euangelio: operatus est et mihi in laua-
chro. Tunc paulus assumens eam: perduxit
eam in domum hieremie: et cum omnia que
gesta sunt: ab eadem didicisset: ipse quidem
mirabatur. Audientes uero. confirmabantur
in fide dñi yhu. Tunc pro trifina pariter o-
rauerunt. Post hæc: surgens thecla ait paulo
proficiscor iconio. Qui ei dixit. perge: et do-
ce dei sermonem. Trifina autē multam
uestem et aurum thecle sumiserat: ex qua
quantitate plurimam partē: paulo relinquit
ad usum scitorum et pauperum. Ipsa uero pre-
xit iconio. Et cum peruemisset illa in gres-

sa est honesti phori domum: et ibi se prostravit
 ubi paulus sedens antea docebat ac lacrimas
 dixit. Deus meus et huius domus in qua mi
 hi lumen effulsit iesu xpe filius dei: deus ad
 iutor me^{us} in carcere: adiutor ad iudicium
 auxiliator in ignem adiutor inter feras: qm
 tu es deus cui glia in secula: adiuua seruos
 tuos: & ora inimicoy in festa nobis obstrue
 T hamyrum p inde obitum repperit: mrem uo
 theocleam uiuam inuenit. Quam ade conuo
 cans ait illi. thecha mr ecce iam crede q ui
 uit domn^{us} in celis in sempiternu. Siue enim
 diuitias cupis dabit tibi in me: siue filiam q
 ris: ecce adsum tibi. Et haec testificans. in selu
 tia abiit: atq; multos in dno: illic dei doctrina
 illuminas cum bono cursu regeuit in pace.

Regnante dno nro iesu xpo: cui est honor et
 glia in secula seculoy amen. *iii. kl. octobr.
 dedica. basilice archangeli mihaelis*

Memoriā bñ mihaelis archangeli toto
 orbe uenerandam. Ipsi. n. et opere con
 dita: et consecrata nomine demonstrat ecclia
 Que non metalloz: sed priuilegio comendata
 signorum uulifata scemate: sed celesti est phi
 ta uirtute. Ut pote quam fragilitatis humane me
 mor archangelus celo ueniens: ad promerenda
 ibi mortalib; supnoy societate propria manu
 condere dignatus est. vertice si qdē excelsi mo
 tis posita de corpore eiusdē saxi spelunce in
 stat precauata ostenditur. Est autē i capanie
 fimb;: ubi inter sinum adriaticum et monte
 garganum ciuitas sepont^{is} sita. Q^{ui} a moenibus
 ciuitatis ad duodecim milia passuū erectus in
 cacumine supremo bñ mihael archageli qua pfa
 tus sum gestat eccliam. hac mortalib; hoc mo
 do cognitam libellus in eadē ecclia positus in
 dicat. Erat autē i eadē ciuitate uir prediel

nomine garganus. q̄ et ex uentu suo mōti uocabu-
lum indidit. huius dum peculia quorum infini-
ta multitudo pollebatur passim per deuexi mōtis
latera pascere. Contigit taurum armenti gre-
gis consortia spernentem angularē mcedere so-
litum: et ad extremum redeunte peculio domū
nō esse regressum. Quem dominus collecta ser-
uorum multitudine p̄ deuia queq̄ regrens
inuenit tandē in uertice montis forib̄ cuius-
dam assistere spelunce: tra p̄ motus: cur soli-
uagus mcedere: correpto arcu appetit illu;
sagitta toxicata: que uelut ueunti flamine
retorsum: eum a quo iacta est: mox reuersa
percuellit. Turbati ciues et stupefacti: qualiter
res fieret effecta. Non enim accedere propriū
audebat. Consulunt ep̄m qui triduo a deo
monuit esse ieiunio querendū. Quo pacto. Sc̄s.
dei archangelus ep̄m p̄ uisionē alloq̄r dicens.
! qm̄ benefecisti quod homines latebat a deo gre-
do mysterium. Causa uidelicet hominis suo
telo percussū. Sciatis aut̄ hoc mea gestum uo-
luntate. Ego enim sum mihael archangelus
q̄ in conspectu domini semper assito. Locumq̄
hunc in terris incolere: totumq̄ seruare insti-
tuens: hoc uolui probare in ditio omnium me-
que ibi geruntur: ipsiusq̄ loci esse inspectorem at-
q̄ custodem. his reuelationib̄ compertis: consu-
etudinem fecerunt ciues: hic dñm precib̄ sc̄m
q̄ deponere mihaelem. Duas q̄dē tibi ianuas
cernentes. Quarum una australis: que et maior
erat: aliquot gradib̄ in occasum uergentibus
adiri poterat. Sed ne ultra criptam intrare
ausi preforib̄ cotidie orōni uacabant. erat aut̄
ipsa domus angulosa: non in modum operis
humani per speciem fctā erectis parietib̄ neq̄
tecto altis: sed in star speluce precauata. Ac se-
pius imminentib̄ petris asperata scopulis diu

se altitudinis factus. et quod in aliquo loco et
 uertice premebat in alio uix potuisset manu
 attingi. Credo docente archangelo non orna-
 tum lapidum: sed cordis querere et diligere
 puritatem. Vertex uero montis. tam intrinsecus
 quam extrinsecus partim cornea silua detegi-
 tur partim utrenti planicie dilatatur. Inter
 hec neapolitani pagani adhuc ritibus oberran-
 tes. sepontinos et beneuentanos: quod est milibus
 a sepono distant: bello lacessere temptant.

Tantumdem salubri consilio repto populi christianorum
 triduanum fecerunt ieiunium. Sancti michaelis
 fidele patrocinii implorantes: ut eis liceret
 auxilium habere archangeli: contra paganos.
 Quo tempore adhuc pagani ludis scenicis et
 falsorum deorum incitant auxilia. Nocte
 uero quo mane dies belli imminebat: sanctus
 domini archangelus episcopi per sompnis populo christi-
 anorum astabat: preces dixit exauditas uicto-
 riam spondet ad futuram. Et quarta hora et
 diei anonuit esse hostibus occurrendum. Leni
 ergo mane. et de angelica certi uictoria do-
 minico redacti spiritu obuiunt christiani paganis.

At in primo belli paratu mons garganius in me-
 so tremore concutitur: fulgura crebra uolat
 et caligo tenebrosa: totum montis cacumen
 obduxit. Impleta propheta: que dominum laudat
 dixit. Qui facit angelos suos spiritus: et mi-
 nistros suos flammam ignis. fugientibusque pa-
 ganis: summentibus uictoriam christianis: partim
 ferro hostium: partim igniferis sagittis expulsi
 et neapolim fugientes sequentibus christianis ce-
 ciderunt aduersarii: meniaque sue urbis mo-
 ribundi subintrant: plusquam milia ducenta ful-
 mine interempti uiderentur: regi regum christo
 colla submittentel: armis fidei induatur: qui
 aut periculo euaserunt pro certo intellexerunt

quod angelus domini in adiutorium aduenit christianis
quia plusquam milia quinquaginta extra muros ciuitatis
prostrati fuerunt sagittis angelicis. Aduenerit
ergo mane: cum oblationibus et magna instan-
tia precum: ad templum archangeli. vota gratias
agentes regiam australem intrantes. Et ecce lon-
ga porticus in aquilone porrecta: et que ipsam
attingens ianuam posterulam ultra illam non
fuit ullus ausus ingredi. videntes ibi lapide
ante hostium spelince ad orientem: super quam
sunt uestigia preta artius: atque pstrictius: sic
iuuenis hominis uestigia solent super niuem ap-
parere. Atque ob hoc signum uestigiorum archa-
geli locus ille apothonia est uocatus. culmen quoque
uenerabile desuper mittentes. Intelligentesque christi-
ani: quod signum hoc presentie sue: sanctus domini
archangelus ostendere uoluit: atque in circui-
tu uestigiorum mittentes altaria in honore
sancte marie semper uirginis et sancti petri princi-
pis apostolorum: et sancti iohannis baptiste. omnia
desuper contexerunt palteolis uenerabilibus
semper mane uementes: gratias deo agentes. Quod
sic dignatus est. fragilitate humanam angeli-
co auxilio adiuuare. Nullus enim hic noctur-
no tempore ausus fuit ingredi: sed aurora facta
acta: matutinos ibi decantabant hymnos. con-
siliu facientes. inter se christianis: si ausi fuisset
locum hunc antistiti sui dedicatione confir-
mari. Et doctique uerbis uenerabilis episcopi
missos direxerunt ad romam. Virum apostoli cum
interrogantes: quid de hoc agendum fuisset
si ausi fuissent locum hunc consecrare qui
tunc de roma ciuitate super miliaria quinquaginta
pro persecutionem fugiebat: in firasti monte
absconditus fuit. Quem incolae sancti siluestri
clamant: quia ipse ibi propter fidei persecu-
tionem in ipso monte clau latuerat. Ibi quoque in

uentus doctor ap̄ticus: talia mandata remittens
 ep̄o. Si hominis est illam confirmare ecclia;
 que ab archangelo facta fuit: a deo querendum
 est initium rei istius. Et si uobis agendum ē
 illam dedicare: maxime hoc die quo uobis
 uictoria data ē super terram dei uoluntas p̄
 canda est. Ambo ergo agamus: cum cuius n̄ris
 ieiunium triduanum. Precantes filium dei
 q̄ gr̄am quam p̄ s̄mum sue sedis ministrū
 cōferre dignatus est. Et certum usq; in finem
 p̄ducatur. his omnib; ita gessit: tertia nocte locut⁹
 ep̄o: sc̄ti mihael dicens. Nō est uobis opus h̄c
 quā ego dedicaui eccliam dedicare. ego qui
 condidi et dedicaui. Vos aut̄ intrate: et me
 astante p̄rono: locum hunc precib; frequen-
 te. Et quidem ibi cras missam celebrate: po-
 pulus iuxta morem communicor̄: meum est
 ostendere quomō p̄ me metip̄m locū istum
 in terris consecraui. Leti ergo mane uene-
 runt: cum antistite suo popl̄i Sepiani: cum ce-
 reis et lampadib; et incensis uariis astantes
 sacrificio diuino intrantes templū archange-
 li. Altare quoq; uenerandū uidētes: et p̄te
 septentrionalē rubro cōtecto palliolo prope
 mediam parietē stans. Ex ipso aut̄ saxo quo
 sacra edis contegitur: dulcis et nimirum luci-
 da gutatim aqua dillabit: qua mcole stillam
 uocant. Propter hoc et uitreū uas ibi pendet:
 eiusdem receptui paratū. Populo aut̄ iuxta
 morem communicato: singuli solēt p̄ gradus
 ad hoc uocabulum ascendere donūq; cele-
 stis liquoris gustare. Nam et gustus s̄uauis
 est: et tactu salubris. Demq; non nulli post
 longas flammal februm: h̄c stilla gustata
 celere salutē cōsequunt̄: & uarias quasq;
 infirmitates stilla ista fugat. Quannū sepe
 angelicum auxilium nit̄q; deesse i loco isto

maxime tamen ipso die natalis sue ecclesie: maior
uirtus angelice potestatis credat: tunc adesse
quia in ipso die inuentionis ecclesie plus ma
ior populus uenire de prouinciis in circuitu
sitis. Omnes sani et gaudentes redeunt in
sua. Omnes dicentes gratiarum actiones: quod
per summum archangelum: cuius nome est inter
pretatum: qui sicut deus talem gram mundo
per eum donare dignatus est. Sicut ap[osto]lus di
xit. Quia angeli sunt: et ministraturi sp[irit]us
ministerium missi: qui hereditate accipiunt
salutis per auxilium eius: qui uiuit et regnat
cum deo p[ater]e sine fine p[er] eterna secula amen.

viii. idus octobris Passio pelagie uirginis.

In diebus illis fuit in antiochia uirgo no
bilissima nomine pelagia diebus de nocte
tibus oronibus uacans: toto metis nisu publi
ca negotia fugiens: sed quo magis uirorum
euitabat aspectus: eo amplius mulierum in se
concupiscentie stimulos excitabat. Pulchritu
do enim audita: nec uisa in alia uirgine ma
gis tunc non erat. Ideo q[ue] amplius desiderat
stimulis animus carnalium fatigatur cupidi
tatum scilicet amoris atq[ue] cognitionis: dum
et nihil occurrit: quod minus placeat et plus
putatur esse quod placeat. Quod non iudex
oculus explorat sed animus amator exoptat.
Itaq[ue] sancta uirgo pelagia: ne diutius alerent
potiendi spe cupiditatis integritate pudoris
professa sic extinxit improborum facies ut &
non amaretur: sed proderetur. Ecce persecutio
nis puella fuge te nescia: certe pauida ne in
cideret in inuidiarum manus: pudor ani
mum ad uirtutem para uit. Tam reliqiola
extitit beatissima pelagia: ut morte pro xpi no
mine non timeret. Tam pudica ut et expecta
ret. Venit enim corone dies: maximaq[ue] omniu

expectatio. Producitur namq; puella in medio
 professa q; est se pro xpianitatis obtentu seu
 castitatis religione certamen sustinere non
 recusare. Sed ubi uiderunt carnifices constā-
 tiam professionis eius metu pudoris paratā
 ad cruciatu: erubescēte ad aspectum uiroy
 excogitare coeperunt: quē admodum spetie ca-
 stitatis ipsius: seu religionis tollerent. vt cum ab-
 stulissent. quod erat amplius et eriperent qd
 reliquum erat. Aut sacrificare uirginem i
 aut lupanari prostitua uident. Quid colent
 deos qui sic iudicant: aut quem admodum
 ipsi uiuunt q ita iudicant: hic puella nō q
 de religione ambigeret: sed de pudore trēpi-
 daret ipsa secum: Quid inqt agimus. hodie
 aut martyr aut uirgo: altera nobis inuidet
 corona. Sed nec uirginis nomen agnoscitur
 ubi uirginitatis auctor negatur. Nam quē
 admodum uirgo: si meretricē queras: quē ad-
 modum uirgo: si adulteros dicas: quē admodum
 uirgo: si amorem perdas. Collerabilius est
 mētem uirginē quā carnem hēre. Vtrunq;
 bonum: si liceat: si nō liceat saltē nō homini
 caste: sed deo simul. Et raab meretx fuit: sed
 post q deo credidit: salutē inuenit. Et uidit se
 ut adultero placere ornauit: que tamen q
 hoc de religione: non amore faciebat: nemo
 eam adulteram iudicabat. Bene successit ex-
 emplum. Nam si illa que se comisit religioi
 et pudore seruauit: et priam: fortasse et nos
 seruando religionem seruabimus et castita-
 tē. Qd si uidet: pudicitiam religioni prefer-
 re uoluisse: perdita patria etiam pudicitia
 perdidisset. Itaq; talibus in formata exemplis:
 simul animo tenens uerba dñi quibus ait. Q-
 cunq; perdidit animam suam propter me
 inueniet eam. fleuit. tacuit. ne eā adulter lo-

quentem audiret: nec pudoris elegit iniuriam
sed xpi recusavit. claudite aurem uirginel: di-
citur puella dei ad lupanar: Sed aperite aurem
uirginel: dei uirgo prostitui potest adultera
non potest. vbi cumq; dei uirgo est illic dei tem-
plum est. Nec lupanaria infamant castitatem
sed castitas et loci aboleat infamiam. Discite mar-
tirum miracula scite uirginel: discite locoꝝ uoca-
bula. Strepent ancipites foris: certant singuli
q; predam p̄mus inuadat. At illa manibus ad
ad celum leuatis: quasi ad domum uenisset
orōnis: non ad libidinis diuersorium: xpe inqt
domuisti per gram tuam in conspectu scitoꝝ tuoꝝ
feros leones potens es et nunc in conspectu ancil-
le tue domare etiam hominum feras mentes.
Caldeis rorauit ignis: iudeis se unda suspendit
misericordia tua non natura sua. Susanna in sup-
plicium genua fixit: et de adulteriis triumphauit.
Aritit dextra: que tēpli tui dona uiolabat.
Nunc templum ipm adtrectat tuum: ne pa-
tiaris incestum sacrilegii: qui non passus es fur-
tum. Bndicatur et nunc nomen tuum: ut que
ad adulterium ueni uirgo discedam. Vix nā-
q; pellagia compleuerat precem et ecce uir mi-
let: specie terribilis irrupit in cubiculum in q
uirgo sc̄ta orabat. Quē uirgo deuotissima ui-
des cōtremiuit: sed nō est inmemor lectionis
diuine. Et danihel inqt supplicium susanne
expectaturus aduenerat: et quam populus dā-
nauit unius absoluit. Pōt enim et in hoc lupi r-
bitu ouis latere. h̄t et xp̄us milites suos: q et
legiones habent. Aut fortasse percursor intra-
uit ne uerearis anima. Tales inquit solet xp̄us
martyres facere. O uirgo fidel tua te saluam
fecit. cui miles. Ne quieso paueas soror: fr̄ huc
intraui: saluare animam nō pdere. Serua me
ut ipsa serueris: quasi adulter ingressus sum.

si uis martyr egrediar. vestimenta mutemus: con-
 uentumt mihi tua: et mea tibi. Sed utraq; xpo +
 tua uestis me uerum militem faciet: et mea te +
 uirginē consecrabit. Bñ tu uestieris: ego melius
 exuar ut me persecutor agnoscat. Summe hitum
 qui abscondit uirginē: trade qui consecret mar-
 tirē. Induere clamidē: que occultet membra
 uirginis seruet pudorem. Summe palliū quod
 tegat crines: abscondat ora. Solent erubescere +
 que non lupanar intrauerint. Sane cum egres-
 sa fueris ne respicias retro. Memor uxoris lothi:
 que naturam suam: quia impudicos scilicet
 castis oculis: respexit amisit. Ne uerearis: ne +
 quid desit sacrificio. Ego pro te hostiam deo +
 reddam: tu pro me militem xpo. hēs bonam mi-
 litiam castitatis: que stipendiis militat: semper ter-
 nis: lorica iustitię: que spiritali munimine: cor-
 pus includat. Scutum fidei: quod uulnus repel-
 lat. Galeam salutis: qua preincta ab inimicis
 iaculis tuearis. Ibi enim est presidium nrę salu-
 tis: ubi xpus ēē cognoscitur. Quoniam mulie-
 ris caput uir uirginis xps. Et inter hęc uer-
 ba clamidem exiit: suspectus adhuc hitus p-
 secutoris et adulteri. vt uirgo ceruicem: clami-
 dem miles offerret. Que pompa illa: que gratia
 cum in lupanari ambo de martirio certantur.
 Addantur persone miles et uirgo. hoc est dissimi-
 les inter se nature sed dei miseratione cōsimiles:
 ut compleatur oraculum. Tunc lupi et agni:
 simul pascentur. Ecce agna et lupus: nō solum
 pascentur simul sed etiā immolantur. Qd ptra:
 Mutato hitu euolat puella de laqueo: iam non
 suis alius ut pote q̄ spiritalib; ferebat. Et quod
 nulla unq̄ uiderunt secula: egreditur de lupa-
 nari uirgo sed xpi. At illi qui uiderant oculis
 et uidebant: ceu raptores ad agnam: lupi fre-
 mere ad predam: unus q̄ erat imodestior itro

uit. Sed ubi ausit oculis rei textum: quid hoc motus est?
P uella ingressa est uir uidet. Ecce non fabulosum
illud cetera pro uirgine: sed quod uerum est miles ex
uirgine. At et audieram et non credideram quod a
quas christi in unum conuerterat: iam mutare coe-
pit et sexus. Recedamus hinc dum adhuc quod sumus
